

C  
1976.

4.

# IOSAPHATIDOS

sive de nece

B. IOSAPHAT KUNCEWICZ

Archiepiscopi Polocensis Ritūs Græci, pro UNIONE & Sancta  
Sede Apostolica Romana, Vitebſci à Schismaticis cæſi,

LIBRI TRES,

Olim Annō M. DC. XX. VIII. à Fre: IOSAPHAT  
ISAKOWICZ Ordinis Divi Basilii Magni,

ELUCUERATI & TYPO MANDATI.

Nunc repetitō prælō,

Illustrissimo Excellentissimo & Reverendissimo Dno Dno,  
JOSEPHO Comiti in Bychow, Zastaw, & Dabrowna,

S A P I E H A

DEI & Apostolicæ Sedi Gratia Episcopo Diocæsariensi,  
Coadjutori cum Successione Episcopatus Vilnensis, Referen-  
dario. M. M. D. Litt.

à Provincia Lithvana Ord: Divi Basilii Magni,

Cum facultate Superiorum

D E D I C A T I.

Typis S. R. M. Conventus Poczajoviensis O. S. Basilii M.  
Annō M. DCC. XL. VIII.

W

In 136

2001 In Stemma  
ILLUSTRISSIMI ANTISTITIS.



Defendit Patriæ terras SAPIEHANA Sagitta,  
Est etiam Divi Martyris ulta necem.  
Sic est, defendit, PRÆSUL, semperqué tuetur  
Vestra Sagitta Polum, Vestra Sagitta solum.

DEDI.

DEDICATIO.



Ucem, quam præsens Epicum carmen, retrò jam  
lapsò seculò, è Typographicis biberat umbris, ipsa  
temporis vetustate nonnihil obscuratam, iteratò  
Sub Faustissimis Tuis Aufficiis recusum typò,  
reassumit clariorem. ILLUSTRISSIME & EX-  
CELLENTISSIME DOMINE. Nusquam enim melius, de  
invictissimo Illo adusq; divisionem Capitis, Sanctæ Unionis De-  
fensore, strenuissimo effrontis Schismatis Domitore, nativo  
Martyrioq; sanguine purpurato Rosino, elucubratum à nostrate  
Religioso Heroicum carmen, & antehac ILLRMO ANTONIO  
SANCTACRUCIO Archiepiscopo Seleucia in Regno Poloniae  
Nuntio Apostolico nuncupatum, repetito prelo mandari potuit,  
quam sub Tutela aßvetæ preliis & victoriis SAPIEHANÆ  
SAGITTÆ, que Poëtico huic operi stylum, simulq; mirum  
in TE ILLUSTRISSIME ANTISTTES suppeditat acumen.  
Enimverò ceu Pyrrhus annulo, immò verius eruditissimo Capite  
Tuo, omnes complecteris Musas adeò, ut Epitome quadam sis  
omnis eruditionis, planeq; celestis Intelligentia. Hinc inso-  
lubiles cæteris argumentorum Gordios facillimè resolvit, Altum  
Theologici maris aliis profundum, sublimi Tua scrutaris mente;  
disertissimi Oris svadâ, plusquam aureâ Gallicani catenâ ligas  
animos



animos, & vel soluta TUI eloquentia, absolutissimam causat  
Unionem animorum. Quapropter REFERENDARIUS M. D.  
Litt: sive facundissimus Sarmatici Iovis Mercurius, Regno ferens  
Oracula, ab universa coleris Republica. Nunquam utpote  
melius Suprema, sua pandere valet, Majestas, Decreta, quam  
ore Tuо disertiore Rostris Tullii. Nec mirum sanè est: quando-  
quidem innata Vobis ILLUSTRISSIMI SAPIEHÆ oris fa-  
cundia, Qui, à Sapientia ex Greco SOPHIA, Vestram derivatis  
Originem. Ast non hoc solum Encomiorum Tuorum objectum est,  
ILLUSTRISSE ANTISTITES. Ardet in Te clariusq; sole  
emicat Pontificius ille animarum zelus, propagandæq; Dei glorie  
assidua cura in hac inlyta Diocesi Vilnensi, cuius oves tan-  
quam Coadjutor, & Pastor Optimus, verbis doces, exemplō  
moves, interdum errabundas studiosissimè conqueris, & ad  
ovile CHRISTI, universalemq; reducis Pastorem. Unde hæc Tua  
circa Diocesim, quam adjuvandam suscepisti, Apostolica cura,  
supremis Te decorandum ominatur Tyaris, maximisq; in Republica  
SAPIEHANO NOMINI propriis augendum Honorib; quan-  
quam, magis amplissima NOMINIS SAPIEHANT Majestate  
decoratur Honor, quam Eandem decorat. Taceo hinc ILLU-  
STRISSIMORUM TUORUM, & quæ Sago in aie Gradi vi  
STRENUISSIMORUM DUCUM, Descensorum, Patrumque  
Patriæ, quæ Togā in Senatu Consultissimum Virorum, Corpus  
Reipublicæ magnis Consiliis animantium Aboriginum Tuorum,  
parta Sibi ab universa Polonia, totoq; orbe depraedicanda En-  
comia; revolvere enim amplissimum GENERATIONIS SAPI-  
EHANÆ librum, computareq; Gloriosissima ILLUSTRISSIMÆ  
bujus

bujus DOMUS Facinora, eternitatis opus est. Taceo inef-  
fabilem illum circa fidem Catholicam ILLRMÆ DOMUS VE-  
STRÆ zelum: quia hunc disertissimè in datis ad ILLRMOS  
ANTECESSORES TUOS Brevib; ab URBANO VIII.  
CLEMENTE XI. aliisq; Summis Ponifcibus, longo Laudum con-  
textu Vaticana depraedant Oracula. Ast Unum LEONEM  
SAPIEHÀ Palatinum Vilnensem Magnum Duce Exercitum M.  
D. Litt: Illum Sarmatici orbis bajulum Atlantem, Sudermanicæ  
Leonis necnon Orientalis Gradi vi Domitorem, & Livonie  
Vindicem, prona fronte & venerabundo ore innuere liceat. Ex-  
cubabat hic LEO Magnanimus pro Patria, & quoties irruerit,  
toties, vel ipso rugitu territi hostes Patriæ, sugam capesscant;  
nuspiam in viscera Regni permisit serpere hostile virus, sed illud  
extra Regnum adhuc enervabat, ne amantissima officeret Patriæ.  
Hinc carpebat in arena Marii victoriose suo coronando Capiti  
Triumphales Laurus, quæ Ipsi effuso hostium sanguine uberrimè  
pullulabant, & vel deleto pluries hoste Patriæ, optimam Lau-  
dum Suarum posteritati scripsit Panegyrim. Sed Hic fortissimus  
LEO non minus etiam excubuit pro Cælo, cui licet Ipse heroicè  
Virtutum actibus vim inferebat, illud tamen, tanquam Fortissimus  
ac Vigilantissimus pro Divis & Aris excubitor LEO, contra  
rebellem Schismatis in Superos Gigantomachiam, sapius tutatus est,  
ac tunc vel maxime, dum Iustissimam sumpsit nemesis ex cru-  
delissimis Vitebencisibus Parricidis, monstrosoq; hoc, quia acephalo,  
Schismatis partu, qui stimulatus Auernali furore, in innoeuo  
Archipræsule CUNCEVICIO, à capite sèvam exorsus tyran-  
nidem, Eundem barbaricæ dedit neci, ac ad liquidum da-  
una rit.

SC. + SC.  
minavit elementum. Erubuit, enorme hoc scelus Schismatis, astrorum  
Princeps, suamq; præ rubore absconderat lucem. Expalluit ultra  
nativum palorem Duna, ad tam crudele Schismaticorum nefas;  
solis Vitebisci inquinis tam grande piaculum non pinxit rubore  
genas. Fecit tamen, zelō oppressæ Innocentie, propagandæq; Sanctæ  
Unionis, impulsus Dux LEO, ut qui non erubescabant iniquè  
Sancto Antistiti inflictum vulnus, ruberent proprio sanguine; &  
qui non recognoscabant Visibile in terris Caput, perfida capita  
mitterent. Nec satè erat SAPIEHANÆ ILLUSTRISSIMI  
LEONIS Pietati, insontis Antistitis nefandam ulcisci necem,  
cùm præterea in symbolum Charitatis erga Divinissimum Mar-  
tyrem IOSAPHAT, argenteam pro deponendis facerrimis Ejus  
Exuviis affabré factam donaverit tumbam. Dein, geminatis  
roties apud URBANUM Summum Pontificem, Serenissimorum  
Regum Polonia SIGISMUNDI & VLADISLAI autoritate  
fipatis insitit precibüs, ut, gloriosò affectus martyriō Rozolanus  
Præsul, in Album affereretur Beatorum: vel sic candorem Cordis,  
quō ferebatur erga IOSAPHATUM, Eidem testaturus. At nec  
hic adhuc terminum posuit Sua in Cœlum Pietati Virtutique  
Magnus DUX LEO: enimvero ditaverat Hic insignibüs do-  
nariis magnum illud Sanctuarium, Reginæ Cœli terræq; Pal-  
rium, Zyrovicensem Basilicam; Clamantq; etiamnum elingues licet  
lapides, in sumptuissima Miraculis clarae Iconi Czerejensi Ba-  
silica, Magnum LEONEM SAPIEHA se liberaliter posuisse,  
ibidemq; fundatum pro Ordine nostro Monasterium. Alterum vero  
Rožanense, Czerlonense etiam SAPIEHANUM Monasterium,  
nunc ab ILLUSTRISSIMO MICHAELE SAPIEHA Pa-

latino

X. + X.  
latino Podlachie, Ordinis nostri Macenate singularissimo, Germano  
Tuo, gratiofissimè auctum, ad æviternam, Provinciam nostram  
erga munificentissimam Fundatricem Domum, extimulat gratitu-  
dinem. Nec dissimilis etiam in debiliore sexu ILLUSTRIS-  
SIMÆ SAPIEHANÆ DOMUS erga cœlitum Cultum vi-  
guit Virtus. Duas in humilem paginam libet inducere Heroinas  
SAPIEHANAS VIRGINES, CATHARINAM scilicet &  
BARBARAM, quæ Deo dicatae in Monasterio Vilnensi Ord:  
D. Basilii M. Sanctimoniales, Augustissimi Nominis splendore,  
Religiosas umbras fecere Serenissimas. Prima, CATHARINA  
scilicet, erecto Monasterio Vilnensi, præclaræ Probitatis sue  
propagatura radios, Minscum sese translulit, ibidemq; elevatō  
à fundamentis Monasteriō, ad Superos evolavit. Altera BARBA-  
RA Religioso Nomine BASILISSA, in eodem Monasterio Vil-  
nensi, præclarum BASILISSÆ nomen, factis adamissim expri-  
mens, vera, Deodicatarum Ordinis Basiliani Virginum, Mater  
& Magistra, post precoce, in teneræ flore juventæ, monastice  
Perfectionis fructus, & plura heroicarum Virtutum in munere  
Abbatissæ specimina, Religiosas umbras in splendores Sanctorum  
commutavit. At Tu ILLUSTRISSIME & EXCELLEN-  
TISSIME ANTISTES, Majorum Tuorum verissima Idea es,  
immò ipsis Majoribüs Tuis Major; Tu vera pietatis Imago,  
Sanctimoniae absolutissimum Exemplar, Unionis cùm Sancta  
Romana Ecclesia Defensor acerrimus, Gemma Presulum,  
omnissq; Virtutis apex. Tu deniq; Ordinis nostri Protector singu-  
larissimus, Eximiusq; Benefactor: Qui toties propensionem Tuam  
erga Ordinem nostrum luculentissimè testatus es, clarissimisq; argu-

argumentis Tuam Benevolentiam, amplissimq; Beneficia, toties  
nobis comprobasti. Excipe igitur iterato mandatum typo  
carmen, Ordinis nostri, Professi Fratris Iosaphat Isakowicz,  
Benignissimoq; illud dignare Vultu. Excipe & universam Pro-  
vinciam nostram: que Tu affusa calcaneo, per Praefuleas In-  
fusulas, ad Primalalem Dignitatē, Cardinalitiamq; Purpuram, Ho-  
norariam Tibi precatur Apotheosim. Ut pote aeternū ILLU-  
STRISSIMO Fundatorio TUO NOMINI devinctissima

Provincia Tituli SSSmæ Trinitatis  
Ordinis Divi Basillii Magni.



PARÆ-

¶ ✝ ¶

PARÆNESIS

Ad  
LECTOREM.




Rodiit ante decennium in lucem, præclarum  
omnique eruditionis genere instructissimum  
R. P. Henrici Scherer Soc: IESU Geogra-  
phiæ Politicæ, Augustæ Vindelicorum typis  
vulgatum Opus, in quo præsentis Libelli  
luculenta, quanquam plurimū à veri-  
tate aliena, exstat mentio, ubi dissimulatō, Viri in  
Basiliana Congregatione clarissimi Iosaphat Isacovii, nomi-  
ne, Nicolaus Kmiec Soc: JESU, IOSAPHATIDOS Auctor,  
novissimō, & integrō sæculō, quod ab elucubratione  
primāquē impressione huius Opusculi effluxit, inauditō  
exemplō adstruitur, parte IV. Operis citati; verba Aucto-  
ris sunt: Nicolaus Kmiec natiōne Roxolanus ex Palatinatu  
Vitepensi, Soc: IESU, adhuc juvenis, magnæ spei, in flore  
etatis annorum 16. ex hac vita decessit, A. 1622. edidit, sub  
alieno nomine, Iosaphatidos libros III. seu Martyrium B. Ia-  
saphat Kuncerowicz Archiepiscopi Polocensis, Carmine Heroico. Hoc  
Schererii assertum, cūm & novum, & nulli fundamento  
innixum sit, primō præterire silentiō atquē dissimulare  
in proposito fuerat, quippe cui non satis virium apud justos  
rerum æstimatores fore credebatur, ad tollendam è medio  
commu-

¶ X ¶  
communem eamquē verissimam opinionem, quæ *Isacovium* Opusculi hujus Parentem omni procul dubio afferit, præfertim: quod nemini Cordato vel in mentem quidem venire debuerit, *Schererium* virum Religiosum, turpī philautiæ aliis injuriosæ, aut invidiæ morbō laborasse; absit inquam, ut ita de illo quisquam fenserit, Cui, veri nec ementiti aut surrepti aliis, in copia non deerant splendores, quibus Inclytam Societatem pro dignitate ornare faciliter negotiō valuerit. Verū, cūm innocens *Schererii* error, (cujus alioquin originem profundiās investigare non libuit) feliciori quām merebatur successu, nostro *Isacovio* fraudi esse cōperit, perpende quās Lector benevole, *Schererium* suō ipsiusmet ( si reliqua etiam deessent ) satis superquē testimoniō refelli, ubi *Nicolaus Kmicic* Anno 1622. vitā functus, integrō proinde anno, suo obitu, Beatissimi Præsulī *IOSAPHAT* Martyrium præcessisse affirmatur: id enim extra controversiam omnibus in confessō est, *IOSAPHAT KUNCEVIUM* A. 1623. 12. Novembris, sanguine veritati Catholicæ, inter crudeles parricidarum manus, testimonium perhibuisse, quod, & constanti omnium testimoniō, & ipso Beatificationis Decretō, à Felicis Record. URBANO VIII, die 16. Maji, 1643. confirmatō, liquidō innotescit. Quapropter, Martyrium D. Præsulī *IOSAPHAT*, à *Nicolaus Kmicic* anno integrō antea vitā functō, carmine celebrari minimē potuisse, nemo est qui non intelligat. Præterea, quicunque, in hoc Opusculo Poēmatis elegantiā, (quæ etiam ipsi Virgilio Epicorum Principi conferri potest

¶ X ¶  
potest,) Rerum Ruthenicarum etiam antiquissimarum notitiam, nec non Divinarum rerum scientiam, & adultioritati servata arcana, quæ satis superque variis præsentis Opusculi in locis eluent, attenderit, non illud Sexdecenni Adolescenti adscribendum patietur, in quo, præter Poēeos excellentiam, in reliquis solam spem Inclytæ Societati morte ereptam, luget *Schererius*. Nequē adeo mutam, Lithvana IESU Societas, tum eō tunc, tum sequenti integro sēculō, personam egisset, quæ in facie integræ Sarmatiæ, luce & palam (ut ajunt) unum ē suis Alumnis, præclaro artis & Ingenii specimine spoliari patetetur. Certè *Koialowicz* in *Miscellaneis* fol. 128. ubi Illustres Societatis in Lithvania Viros recenset, Nicolaum quidem, proximè Magistrum suum *Sarbievium*, Poēsi assequutum testatur; Iosaphatidos attamen (quod certè coævum fermè, & rerum suarum probè gnarum, nunquam latuisset) eum auctorem adstruere minimē legitur; verba ejus sunt: *Nicolaus Kmicic*, merito Professori suo subiectendus discipulus, qui felicitatem ingenii *Sarbievianus* in Poēsi proximè assequutus est, nitidissima Poēmata partim ab auctore vulgata, partim quæ à morte ejus lucem expectant, desiderium faciunt, hominis immaturā morte erepti. Ex quibus palam colligitur, permulta Nicolai Opuscula, ab ipsomet auctore, non ab aliis, publicā luce donata fuisse, quod nostro Poēmati, *Isakovii* nomine, insignito, minimē convenit, prout nec inter illa, quæ, *Koialowii* (dum hæc scribebat) ætate, lucem expectabant, recenseri potest: id enim Anno 1628. editum, longè annum 1650.

1650. præcessit, quo Kotalowicz sua Miscellanea typis vulgaverat. Nequē minor, piis nostri Isakovii manibus, Viri (ut ex coævis Commentariis constat,) omni literarum juxta ac virtutum genere, ornatissimi, irrogatur injuria, ubi raptor alienarum opum, suique nominis fædus (ut ajunt) ex furto mercator, à nonnullis errore Schererii deceptis, audire cogitur, quem post exantatos in re Catholica promovenda labores, gravissimis in suo Ordine muneribus defunctum, in Collegam & Socium promovendæ D. Martyris apotheosis, sibi adsciverat Raphael Korsak Haliciensis Episcopus, Archiepiscopatus totius Russiæ Metropolitanus Kijoviensis destinatus *Velamino Successor*: ut qui B. IOSAPHAT Clarissima gesta, Apostolicum zelum, & insignem in subeunda animo Catholico morte fortitudinē, Sacra Pœsi laudatam, typis publicis orbi Catholico detulit, Ejusdem gloriae inter Fideles propagandæ zelotes, nec non destinandorum in Catholica Ecclesia Honorum, studiosissimus promotor existeret, quod ex Authentico, in causa Beatificationis D. Martyris, processu, inter monumenta contemporanea, exstante, facile innotescit. His breviter præmonitus Lector benevole, nullō sanè fundamento, proinde injuriā, Isakovium, hoc Opusculo, à Schererio, & reliquis si qui sunt Schereriani erroris assertores, abjudicari intelligas. VALE

LIBER



## LIBER PRIMUS.



Rimus Hyperboreas qui Dardana sceptræ per oras  
Ausonioq; Petri fasces, jurataq; Romæ  
Fœdera, testatus, crudelibus occidit armis,  
Rhos mihi carmen erit, jamq; ardua vulnera magni  
Præsulis, & decorum pulchros memorare labores,  
Pallidaq; ex imo Furiarum examina Dite  
Vitescis infusa plagis evolvere cantu  
Musa jubet, spirantq; novum præcordia Divum.  
2. Vos mihi mortali secreta corpore mentes,  
Cælestis pubes, puro quas lumine rerum  
Ipse Pater venâq; boni perfundit & omnem  
Simplicis obtutum veri largitur, amicum  
Insinuate jubar, tantasq; evolvite causas:  
Unde cruentatum potuit meruisse triumphum  
Præsul, & Heroo vitam deponere letho?

A

W.  
Quæs. 135.  
PAS.

## IOSAPHATIDOS

Quēis furiis concire nefas, plebs improba, tantum  
 Ausa, ferasq; truci concepit pectore flamas,  
 Insignem ut pictate virum, Patriaq; Parentem  
 Impia progenies casum demerget undis?  
 Tu quoq; calesti qui dirigis omnia nutu  
 Terrarum celiq; potens URBANE, recenti  
 Si tibi subscriptibit, proprium se sanguine natum  
**JOSAPHATUS**, si rite pios reminisceris ausus,  
 Annue laurigerum timida in præcordia Phæbum.  
 Quemq; tuis, udā liquidum super æthera iussis  
 Tollis humo, meritumq; sacro dignaris honore,  
 Da Clari a proserre tubā, da tollere justā  
 Ad superos famā: quanquam illætabile Clio  
 Tentet opus, nec jam liquidos Permeßidos unda  
 Delibat latices, sed fusi sanguinis amnes,  
 Et tristes furias, q; adhuc spirantia cædem  
 Arma movet, medioq; gradum molitur in igni.  
 Si tamen URBANOS ad pallida carmina vultus  
 Advertis, caligantes quēis Schismatis Umbras  
 Rossiadūm abstergis cælo, quēis horrida mundo  
 Nubila, Tænariis horrentia nubila nimbis  
 Diluis, q; puro perfundis cuncta sereno,  
 Altius assurgam vates, pulchrisq; caduco  
 Eripiar populo pennis, terrasq; relinquam.  
 3. Proxima quā Modocas prospectat Rossia campos  
 Parrhasio vicina Polo, gelidoq; Bootæ,  
 Urbs antiqua jacet Rossis habitata Colonis,

Vittebscum

## LIBER I.

2

Vittebscum, indigenam sentit quā Viblia Dunam  
 Mordentem ripas, tumida & se mole ferentem.  
 Aspera gens quondam bello, vieluq;, Gradivus  
 Cum vocat, & trepidam Patriæ cum tempus agi rem.  
 Hic populus sacris & Relligione Pelasgā  
 Lustratus, puri sacras bibt ætheris auras,  
 Adscriptusq; Polo vixit: sed perfidus Orci  
 Livor, & insani rabies infamis Averni,  
 Ab male constantem, fidei per devia plebem  
 Præruptasq; super cautes, lethaliaque urgens  
 Saxa per, æthereo primū de tramite cæcas  
 In latebras duxit: tum vis ne sacra Latini  
 Præsulis abstractas, abjuratasq; rapinas  
 Excuteret, cæcis involvit callidus umbris  
 Pectora, Tartareis commiscens sacra tenebris,  
 Si qua sub illuso trepidarent lumina sensu.  
 Iamq; retro sublapsa fides, pietasq; cadentum  
 Templorum mœstas longum servare ruinas  
 Dedignata, gradum superas referebat in oras,  
 Ultima vix ollis linquens vestigia terris.  
 Odit & ipse Pater Divūm, versoq; rebelles  
 Abnuit obtutu populos: nil sacra morantur  
 Vota Deum, nil fæta suis altaria donis.  
 4. Insignes sed enim Basili de gente venire  
 Dum videt ipse viros, jurataq; pectora cælo  
 Surgere, qui Latio socias in prælia dextras

42

Sufficient

## IOSAPHATIDOS

Sufficiant sacroqz alacres rem cernere ferro  
Non dubitent: clemens meritas indulserat iras.  
Iamqz etiam virtus maturaqz Gloria c<sup>el</sup>o  
JOSAPHATI, urgebant animum Genitoris, & alta  
Mente reposta manent magnarum exordia rerum,  
Et labor, ambitioqz sacri pulcherrima lethi.  
His super, arcano deducens omnia natu  
Cælitum Genitor, CUNCEVI conscia sacro  
Pectora percussit radio, cæliqz sequacem  
Excivit mentem: summo ac vox redditâ templo est:  
Quid resudes traxisse moras, & ducere longum  
Otia lente juvat? s<sup>er</sup>vum neqz surgis in hostem,  
Qui modò polluitis divina altaria donis  
Imbuit, amentem versatqz tumultibus urbem,  
Huc atqz huc raptans: placidi sic jussa capebis  
Numinis? illius sic emptam sanguine plebem  
Respectas? super ipse Dei neqz laude labores  
Moliris? cœptos animis quin arripis orsus?  
Nec plura: ambro<sup>s</sup>io perfusum pectora motu  
Liquit, & agnovit Præsul. duplicesqz tetendit  
Cum gemitu precibusqz manus, ac talia fatur:  
Nosco tuas nosco, Diu<sup>m</sup> Pater optime, voces  
Et tua jussa sequor: quæ tam diffusa repente  
Tempestas nebulæ? vastus quid panditur æther,  
Pallentemqz tegit confusis Hesperon umbris?  
Evenit ecce magis tremulis tamen Hesperus astris,  
Purpureasqz vomit redivivo è vertice flamas?

Qui

## LIBER I.

3  
Qui Superi ille globus piceâ caligine mixtus  
Fumiferam volvit noctem? quantæqz bipennes  
Aeris incastant tractus! ut grandinat imber  
Saxeus, ut præsens longis timor errat in hastis?  
Omina tanta sequor. cælum præludit honori  
Credo meo. vi<sup>ct</sup>lamqz dabo sub Tartara noctem  
Schismatis, & roseus nascetur ab æthere fulgor  
Iam fidei, spargetqz suos per pectora soles.  
Sic fatus molitur iter. jamqz alta subibat  
Mœnia Vittebsi: subito cum fama per urbem  
Diditur, advenisse virum, qui forte Quirini  
Iura Petri, legesqz ferat, qui prisca Parentum  
Sacra Latinorum sacris permutet, & omnes  
Quos Sventoslaides, quos tanti Principis Olga  
Diva Parens, Grajis ritus deduxit ab oris,  
Perpetuosqz dedit Rossis, abolere laboret  
Improbis. atqz adeò totis ignobile tectis  
Vulgus in arma ruat: Supero ni cardine lapsus  
Aliger, æthereo Furiarum examina ferro  
Laxaret, pestesqz suo demitteret Orco.  
Ac velut obducto cùm stant super æthere nubes,  
Ereptumqz diem mundo nigrantibus umbris  
Occultant, torvæ densos meditantur & imbræ,  
Aedonii super Ægæum si spiritus altum  
Insonuit Boreæ, pelagoqz potitus aperto est,  
Quâ magis incumbit, fugiunt nigra nubila cælo  
Protinus, & puri reddit indulgentia Solis.

Sic

## IOSAPHATIDOS

Sic ubi cælestis pro Präfule constitit Ales,  
 Linquuntur Furiis auræ, sensimq; residunt  
 Iræq; insidieq; virum, stetit anxius ardor,  
 Erubuitq; suis serum pudor impius ausis.  
 Iamq; propinquabat notæ CUNCEVIUS Urbi,  
 6. Continuò, Salve custos, ait, optime gentis  
 Angele Vibliadum, fidæ salvete locorum  
 Excubiae, superis Genitor quas misit ab oris,  
 Tartaream contra rabiem, ne tota repente  
 Gens ruat in præceps: lapsæ vos siqua salutis  
 Cura tenet, nec adhuc patriis excluditur oris  
 Gens Vittebsiadum, nostris accedite votis,  
 Si mereor, si digna precor, propriumq; labore  
 Hunc date Iosaphato, hanc operam, ne summa Tonantis  
 Majestas infracta ruat, neu longius urbem  
 Crudeles ambire doli, fraudesq; protervi  
 Schismatis amentes possint obsidere fines.  
 Rumpite funereas noctes, date semina sacræ  
 Lucis, & æthereos ægris afflate vigores.  
 7. Sic ait & veteris subiit sacra limina templi.  
 Ecce autem vigili lustrat dum singula visu  
 Präful, & effigies Divum, monumentaq; spectat  
 Vici situ: sedo squallebant omnia luctu,  
 Omnia Arachneis mœrebant obsita textis:  
 Ingemit, & Nunquamne datur vestigia sacre  
 Religionis, ait, Rossis (prò dedecus) oris  
 Cernere: ni tumulis mersam, penitusq; sepultam

Aspicerem

## LIBER I.

4  
 Aspicerem, dubiam traheret sententia mentem  
 Hic Christi vixisse fidem: tantumq; ruinis  
 Proditur, & spoliis loquitur sese ipsa fuisse.  
 O mihi sola super pulsa pietatis imago!  
 Quid mihi sanguineam dulci sine pignore vestem  
 Crudeles gnati monstratis, & intima telo  
 Figitis: hæc fatus famulas ex ordine vires  
 Accersit, purisq; jubet sacraria lymphis  
 Lustrari: pars effigies Divumq; verendos  
 Expurgant vultus, sacram pars pulvere vestem  
 Excutit: his maculas Divis abstergere telis  
 Atqué profanatas labor est lustralibus aras  
 Imbribus eluere, ac solitos inducere honores:  
 Hi vigiles Lycbos, funaliaq; alta supinis  
 Demittunt teclis, & lumine templo coronant.  
 Evigilat splendore domus, seseq; reduci  
 Miratur pietas prisci in penetralia templi.  
 Tum Präful magno suspensus numine sacros  
 Aggreditur ritus, arisq; imponit honores.  
 Attonitæ alternis resonant concentibus ades  
 Desuetosq; modos olim, mirantur, & una  
 Accipiunt, redduntq; cavis imitabile teclis  
 Murmur, amatq; redux tandem sua visere Regna  
 Religio, placidosq; refert ad mœnia vultus.  
 8. Atqué ea dum Superum Mystes perfunditus honore  
 Letus agit, castosq; pii conatibus orsus  
 Flagitat, ecce cayn fidi de fauibus Orci

Monstrum

## IOSAPHATIDOS

Monstrum informe, ingens: genitor nam Tartarus illud  
 Et tumidum genitrix inflata Superbia peclus  
 Edidit infando mundi in ludibria furto,  
 Suppliciumq; dedit Grajis miserabile terris.  
 Scissa profanato dependet pectore palla  
 In varios dissecta sinus, pro vertice torti  
 Serpentum vigilant orbes, & colla protervo  
 Frigore, spiritibusq; afflant discordibus aures  
 Amentes veriq; rudes, praviq; tenaces.  
 Nocte volat tantum, geminoq; infunditur oris  
 Rossiadum ingressu, seu quā revolubilis Arcton  
 Fraudibus aspirat serpens, seu lubrica cerni  
 Qua via diffusis mentitur sidera nummis.  
 Schisma vocant Graji, quo non funestius ullum  
 Rossia alit monstrum, nec bellua sordior unquam  
 Vitibscum invasit: tunc ergo rapacibus alis  
 Evolat, & trepidam rumoribus erigit urbem,  
 Facta infecta canens, & jam venisse Latinum  
 Praesulem, ut antiquā Rossos pietate Pelasgum  
 Exuat, inquē novos excudat singula mores.  
 Iam Divūm effigies adytis, jam mota canebat  
 Sacra loco, quin ipsa super delubra moveri  
 Sedibus, avertiq; nefas, & certa minari  
 Exitia, in primo ni sese limine fati  
 Objicere incipient, invisaq; cœpta refutent.  
 Hec super horrendo latè vox clara fragore  
 Intonuit, fregitq; Polum, rapite arma feroce

Arma

## LIBER I. 201

5

Arma viri, quā fata vocant insurgite telis.  
 Exemplò conversi animi, trepidoq; tumultu  
 Pectora cæca fremunt, median tunc ecce per urbem  
 Iam semio lustrisq; gravis, neque frigidus ore,  
 Tollere sive libet populi, seu ponere fluctus  
 Lymphato similis vates, apparuit: omnes,  
 Iam plateasq; forumq; ciet (mirabile visu)  
 Unus & in cunctis sese regionibus offert  
 Non lento suriis populo: Vomit omnibus undas  
 Urbs late plateis, fervet furor, armag; demens  
 Vulgus amat rapere, & nescit cui concipit iras.  
 9. Hos inter medius vates in imagine cani  
 Forte viri flebat: gutis tum grandibus ora,  
 Et sparsos latè canos, oculosq; madentes  
 Cum populo ostentans adstantia circumspexit  
 Agmina, mentito tandem sic incipit ore.  
 Non vestras utinam, Cives, fecisset ad aures  
 Me pietas & prisca fides deponere questus,  
 Infandosq; animis hodie renovare dolores:  
 At surdis potius sylvis, mutisq; scerarum  
 Speleis quereret solus, ni pectore tantum  
 Acciperem Numen sacrosq; vocarer in ausus  
 Pro patria, Divūmq; foci, pro dulcibus aris  
 Calituum, vestrag; fide, vestrag; salute.  
 Hæretis dubii? vestro jam jam imminet ensis  
 Vibliadæ jugulo, nec adhuc sentire supremos

Amul

B

Vos

## IOSAPHATIDOS

Vos video casus? quis nunc bacchatur ad aras?  
 Ardua quis viduat priscis altaria donis?  
 Nescitis segnes? animo sic excidit Olga?  
 Sic Grajis jurata fides? sic cana parentum  
 Relligio? indecores nati, servire Latinis  
 Nata manus! frustra tantas Patriarcha per oras  
 Finibus à Moschis, per tot discrimina rerum  
 Et per mille vias lethi, per mille laborum  
 Curarumq; vices Rossos venisse Triones  
 Dicitur? non ille aliis custodibus arcem  
 Hanc dedit? hand alium divino munere Mystam  
 Praefecit sacris, & dias ponere leges  
 Iusit? in Ausonii vos Presulis ergo paratus  
 Ire libet? libet & veterum convellere Divum  
 Effigies? veteres animi quin sumitis astus?  
 Nunc pietas savire animis, & stringere ferrum.  
 Statis adhuc? nec plura senex effatus, anhelos  
 Addit se in cursus notiq; ad limina templi,  
 Hic ubi IOSAPHATUS votis libabat ad aras,  
 Ingentes glomerans populos, animisq; manuq;  
 Non segnes, rapidus volat, & nova callidus addit  
 Fulmineis fomenta animis, furor ardet: & arma,  
 Tela sudesq; ministrat Amazoniasq; bipennes.  
 10. Et ni fidereis festinus Penniger Oris  
 Ocyus allapsus tantis occurreret ausis,  
 Sacrilegum jam turba nefas molita cruento  
 Funere IOSAPHATUM gelidas mersisset in umbras.

Namq;

## LIBER I.

6

Namq; ubi Vittebscum cælo properabat ad urbem  
 Concilio è Superum, non hæc ea tempora volvi  
 IOSAPHATO referens, neendum momenta secundi  
 Ire poli, quibus optatum per vulnera Leibum  
 Ambiat, & fuso testetur sanguine Numen.  
 Ecce sed ingentes tota videt urbe tumultus  
 Fervore, spirantesq; minas, & murmura raucis  
 Intercisa sonis, densis obsessa catervis  
 Templaq; IOSAPHATUMq; peti, certisq; voveri  
 Funeribus: tantos agnovit ut Aliger orsus,  
 In medium ruit, imbrisonis pernicior Euris  
 Ocyor & trifida face fulminis, atq; precanti  
 IOSAPHATO allapsus subito (res mira videnti)  
 Obscuro ignarum fundit circum aëre Mysten  
 Cæruleaq; oculis nebula furatur, ut omnem  
 Praesulis eripiat speciem, ne perfida plebes  
 Irruat, & violet fædis altaria cœptis.  
 Fulmineâ ipse manu flammatum corripitensem  
 Terribilis, vultuq; minax, clypeoq; coruscus,  
 II. Iamq; neci populos, tristisq; litaret Auerno  
 Protinus, accensas placidis ni vocibus iras  
 Leniret Praesul. Non hic LEO maximè, dicens,  
 Angele, qui Latia pro libertate Tyranno  
 Objiciat sese, Geticas non Attyla turmas  
 Hic ciet, hand istas servat Chrysostomus arcem,  
 Nec furit insanis hic illa Eudoxia bellis:

B 2

Sed

C H A

## I OSAPHATIDOS

Sed stygiis illusa dolis plebs inscia , servet .  
Ceu pueri quos dira fames , quos tristis edendi  
Urget amor , patrias querulis clamoribus aures  
Incendunt , quandoq; minis , quandoq; morantes  
Intempestivis castigant fletibus aures .

12 . Hæc ait & lachrymans se se penetrabilibus effert .  
Tunc volucr<sup>is</sup> custos , ponens flagrantia corda ,  
Olli sidereos vultus , & lumen amœni  
Obtutus , superosq; oculis afflarat honores ,  
Quale Palestini Moyes de vertice montis  
Ora comasq; super gesit decus , aut ubi templi  
Ex adytis superos mortali lumine vultus  
Zacharias videt attonitus , stupet improbus ardor  
Cominus & cunctus cecidit furor : ille verendos  
Advertens placide vultus , Quem poscitis inquit ,  
Ab vidua Pastoris oves , CUNCEVIUS , adsum ,  
Qui vestri aternas , Superis mandantibus ultro  
Suscepi curas , nec , dum spiravero , ponam .  
Quo ruitus cæci ? que vos infania versat  
Immemores nati ? me ne exturbare profana  
Seditione juvat , miseri , quæis tanta subactis  
Caligo stygiis animos afflavit ab antris ,  
Ut neque tam veri libeat Pastoris amorem  
Implere : & tantum per funera , Præsulis aquas  
Explorare notas : equidem si tanta cupido  
Sanguinis , hunc etiam vestra pro laude pacisear  
Et vita non segnis emam ( vos sidera testor

Vos

## LIBER I.

Vos enses , vos arma ) Pater Præsulq; videri  
Vibliadæ vester . potuit Ieſea propago  
Impubi laniare manu jejuna leonum  
Ora , cruentataſquæ avida de fauce bidentes  
Excutere : in Stygias ego vos , mea pignora fauces  
Sorberi latus patiar ? pretiumq; crux  
Vile mei dubitem vestra penſare salute ?  
Non ego Rossiadum mores , non Graja Latinis  
Inconstans permuto sacris : servate Pelasgos  
Vibliadæ ritus , veterum servate tenorem  
Sacrorum : sed que magnus Chrysostomus olim ,  
Et que Nicoleos , & que Basilius , & ingens  
Cœli Gregorius , sacras libabat ad aras .  
Quos colitis , vel quæsire tantos adoletis honores .  
Vestraq; quos adeo inclines in vota vocatis ,  
Si refero , Rossi , vobis ero transfuga ritus ?  
Dixerat . ast illis animi jam seva residunt  
Cœpta , trucesq; Deo ponunt mandante furores ,  
Pars lachrymis lustrata redit , pars pectora dextris  
Increpat , & cæci casigat pectoris ausus ,  
13 . Talia sublimi spectans pro culmine Erinnys ,  
Ferales mentita alas , mentita colorem  
Horroremq; strigis , summo flammata dolore ,  
Incestis pavidas perstrinxit vocibus auras ,  
Ilicet & plausis stridorem dididit alis .  
Ac veluti Odrysio Boreas bellator ab axe  
Cùm fremit , & celsas violento turbirne pinus

Frangit

КНИГА.

# IOSAPHATIDOS

Frangit agens, sternitq; nemus, stirpesq; revellit,  
 It stridor sylvis, auræq; sonoribus ardent.  
 Audiit & refluxus resupino flumine Duna  
 Mirantesq; arrexit aquas: gemuitq; profundum.  
 Et jam se propriam Praeful referebat ad urbem  
 Hic ubi densatis numerosa Polocia tecis  
 Surgit, & aërias in cœlum porrigit arces,  
 Hic mitram accipere, & sacros attollere fasces  
 Praefulibus Graiis à primo tempore Rossi  
 Indulsero Duces: hic illis templo, laresq;  
 Hic solium posuere ultro: gens libera dudum  
 Dum Superi volvæ, suis sese ipsi regebat  
 Auspiciis, dives gemmarum, aurig; reposti.  
 Triginta, maturi ævi mentisq; senatum  
 Sublimi in templo patriæ de rebus habebant.  
 At juvenum impubis manus, & flos integer urbis  
 Exercent sese in campo, nunc patria forti  
 Arma rotant dextrâ, sævos nunc pulvere currus  
 Cornipedesq; domant: validis nunc lenta lacertis  
 Spicula contendunt, & primo in flore juvenæ  
 Præcipiunt famam venientis deinde senectæ.  
 Hic & Amazonias perhibent habitasse sorores  
 Arce super vitrei spumantia littora Dunæ.  
 Imposta, & latè vicitria signa tulisse.  
 Omnia nunc Praeful vitiis sublapsa gemebat  
 Schismatis, ob wafri scelerata incendia Photi.  
 14. At prius antiqui Surgentia limina templi

Divinasq;

# LIBER I.

8

Divinasq; aras, sibi notos ante recessus  
 Non parcus voti subit. his SAPIENTIA tecis  
 Præsedit, atque aras præsenti Numine servat.  
 Genuili Patris sana est, cùm forte Borisus  
 Atq; Polocanos felici numine fasces  
 Fleceret, insignis bello, ne sacra labaret  
 Relligio, primoq; recens occumberet ortu,  
 Ingens motitus templum tibi CHRISTE sacravit,  
 Thuricremasq; aras, Grajoq; sacraria more  
 Arcis in amplexu: surgebant æra latè  
 Limina, munitiæ alto de marmore postes  
 Monte super, magna cum majestate nitebant.  
 Quin etiam toties redeuntia sæcula vivax  
 Lassaret moles, semperq; simillima primo  
 Surgeret exortu ( tantum muniverat Heros  
 Raxialus ) ni fessam ævo, longaq; senectæ  
 Præcipiti traheret supremo à culmine casu  
 Impietas, ne quæ veterum super ulla Parentum  
 Relligio monumenta sui monstraret honoris.  
 Omne decus templi jamq; occidit: omnia fæda  
 Illuuiæ tenebrisq; latent: vix candida nudas  
 Lana, vel antiquis vestis de Seribus aras  
 Integit: exuviæ sed enim pietatis avitæ  
 Optatusq; locus templis patet: atq; ruinis  
 Relligio tantum dudum se prodit, in istis  
 Fors vixisse oris, modestus cùm talia Praeful  
 Accipit, indeciores animos aversus, & equum

Mente

БИБЛИОТЕКИ.

## IOSAPHATIDOS

Mente movens, spreta, pro Religione, calorem,  
Instaurare jubet sacros, mora nulla, penates,  
Et senium renovare loci: quin protinus ipse  
Arma manu, Chalybemq; rapit, consumptaq; lustris  
Tecta remolitur: prompto tunc cetera pubes  
Emicat obsequio: pars jam meditantia easum  
Culmina convellunt, aliis sub volvere saxa  
Est labor, & viridi dubias firmare columnas  
Marmore: servet opus: sese miratur & ipsa  
In veterem rursum, moles juvenescere formant,  
Ordireq; novos, tanto sub Praesule, soles.  
15. At domus interior vivis animata figuris  
Ænula decertat caelo: stat multa beatis  
Effigies adytis: illie SAPIENTIA, mundi  
Prima Paren, rerumq; animus, rerumq; creatrix  
Omnipotens, placidis dispensat nutibus orbem.  
Quidquid alit tellus, quicquid convexa citatis  
Astra rotis obeunt, fundoq; volutat in imo  
Oceanus: quidquid glaucis Theis educat antris,  
Hec regit, & fatig vices, sortesq; retexit.  
Longa nitet Divum species, veterumq; senatus  
Pontificum: quos Graja tulit super aethera tellus,  
Hic etiam IUVENEM, primo cui flore juventa  
Virgineas vestire genas vix cœperat, imbri  
Saxorum oppressum, tacito cām forte pererrat  
Lumine, magnanimosq; obitus gratatur, & audet  
In similem se ferre necem CUNCEVIUS, uide

Erumpunt

## LIBER I.

Erumpunt oculit guttae: nam præscius imum  
Icit amor peccus, lapidum per fulmina vitam  
Projicere: & Per te o per qui te maxime Divum  
Fecerunt talem, mores, sine funere, satur,  
Hanc animam Fidei Christog; impendere: tantis  
Namque etiam nostris locus est in corpore saxis.  
Nec rude liveness peccus gero ducere plagas.  
Hæc mihi quæ totis horrescant vulnera membris,  
Sanguinis bi fluctus, hoc nullum in corpore corpus.  
Hoc sparsum late cerebrum, ( licet igneus altè  
Arcus & illustres lambat tibi Laurea crines )  
Plus placet: hoc noster tendit calor, hæc mihi lauro  
Vulnera & atheria rident magis arce Dolores.  
Oliceat! nec plura: pias nam missilis alto  
Oppresit radius voces, sensitq; favere  
Astra sibi, sardas nec vota effusa per auras.  
16. Hæc inter, Pater accipiens jam funeris almos  
Successus, muros & sacras imperat arces  
Festinâ properare manu: quin conscientia volvens  
Gaudia, latitâ exultat, venturaq; fata  
Præcipiens, fruuntur decorum splendore suorum.  
Ac super, ipse sibi tumulum, sedemq; sepulchro  
Attonitis circum famulis, optavit, & omnes  
Precipitare moras jubet, omnia namq; secundo  
Iam constare sibi cœlo momenta videbat.  
Ac veluti alterna qui sese morte reformat  
Ales, & occiduam natali è funere vitam

Ipse

МОНАСТЫРЬ:

## IOSAPHATIDOS

Ipse Parens, Prolesq; sibi, dedit, & alos  
Metitur seclis tot jam elabentibus annos.  
Conscius instantis per proxima funera vita,  
Vivendique satur, victorq; volubilis ævi,  
Ipse sibi lectas secreta montibus herbas  
Coryciasq; comas, Pancheasq; optat aristas.  
Cynnamaque, atq; Arabi felicia germina Campi,  
Componitq; locum busto, legesque sepulchri,  
Hæres ipse sui ponit, quo membra coacta  
Deserat, atque novum melior procedat in ævum.



## LIBER SECUNDUS.



Nterea Divum Genitor, dum providus urbem  
Atq; Polocanos metitur lumine fines  
Orsanosq; procul campos, Mokiloviaq; arva  
Obtutu legit, observans urbesque virosq;  
Praxedem Rossò Divam de sanguine Nympham  
Templa urbemq; cava longè de nube tuentem  
Alloquitur: pronis vocem bibt auribus illa.  
Quis jam finis erit virgo & quid deniq; culpa  
Raxialis deerit populi? hæc maxima Divum  
Templa, tuo quondam surgentia munere templo,  
Has aras, & fausta tuis hæc mœnia dudum  
Auspiciis, meritisq;, nefas, feralis habebit  
Pestis, & excluso nostro malè Numine Schisma?  
Quid moror? aut cur nunc gelidis in nubibus hærent  
Fulmina & nec meritas jaculantur ab æthere pœnas?  
Cernis ut occulta tendant regione viarum  
Secretasq; domos, atq; abdita limina quarant.

## IOSAPHATIDOS

Hic ubi plebs veritis indulgeat improba sacris!  
 Ille né, quem cecā tristes è plebe furores  
 Plus agitant, finguntq; meas libabit ad aras,  
 Commubiq; fidem perituro fēdere ponet?  
 Atq; iterum instabiles disjunget voce Hymenæos  
 Sacrilegus? sed enim Graiis stata carmina dicunt,  
 Instituuntq; choros, onerantq; altaria cantu?  
 Ast saevis violent Numen Spirabile dīcis  
 Æquærumq; mihi vivunt quo cuncta, VIGOREM:  
 Principis at regnum Petri, fascesq; Quirinos,  
 Nomine qui nostro, gemini confinia mundi  
 Regnator domat, effrænes exire laborant;  
 At Superos, Cœli possesto limine, manes  
 Excludunt, veterumq; locos, & ficta vireta  
 Elysii meditantur agri, scenaq; beatas:  
 Quin etiam (insanas tantum dementia mentes  
 Occupat) ultrices audent jam tollere flamas,  
 Lustralesq; rogos: quantum jam cura recessit  
 Finibus his nostri? ventum ad suprema malorum est.  
 Iamq; suas referant pœnas. Sic inquit, & ira  
 Horrendus volucrem acutum vocat ipse ministrum,  
 Qui templi impellat portas, & cardine verso  
 Ferratos rumpat postes, quēis credita dudum  
 Supplicia, & centumq; neces, centumque dolores  
 Et variæ stabulant Pœna, Pestisq; , Famesque.  
 2. Iamq; ibat volucer, sed supplice Rossia contra  
 Voce refert Virgo: Genitor ter maxime rerum

Siste

## LIBER II.

11  
 Siste precor, meritaq; animo ne concipe flamas.  
 Rossigenum fateor meruere immania pœnas  
 Crimina, Sacrilegumq; nefas, desertaq; paßim  
 Prisca fides, pietasq; Patrum: sed si qua reperta  
 Gratia virtuti est: si quid spectata meretur  
 Relligio, vitaq; modus, morumq; decora  
 Simplicitas, magni CUNCEVI respice mores.  
 Tantus enim. (scis ipse Parens & scire fateris.)  
 Hic tibi succurrat quoties irata parabis  
 Fulmina moliri: gentemq; abolere Tonanis  
 Immemorem, quoties animum vel stringet imago  
 Schismatis incesti, tardet CUNCEVIUS iras.  
 Olli sic placido Divum Pater edidit ore:  
 Agnoscit quoniam cognata Polocia cunas  
 Virgo tuas, meritos clemens submitto furores,  
 Et precibus votisq; tuis me sponte remitto:  
 CUNCEVIQ; memor Rossis, stata funera jam nunc  
 Ignosco. quid enim virtus non tanta reposcat?  
 Namq; ego quo tantas erolvo pectore curas,  
 Arbitr̄ ingentis mundi, quoscunq; labores  
 IOSAPHATUS cœpit, quascunque exercuit artes  
 Mente gero memori. tanti & spondeo cœptis  
 3. Præmia: meq; super. Dixit cùm Penniger hospes  
 Rossigenum è terris, data cui Custodia magni  
 CUNCEVI volucri sese festinus agebat  
 Remigio, noti repetens fastigia Cœli,  
 Non vacuus: sed enim dextrā crispabat eburnā

Insignia

Ч H H 8.

## IOSAPHATIDOS

Insignem pretio phialam, quā legerat olim  
 Præsulis assiduos riguo de lumine nimbos  
 Collectasq; genis lachrymas, certissima flammæ  
 Pignora, queque sua descendit piacula plebit  
 Elutere aspergit, summo libabat Olympo.  
 Ludebat fulvum crystallina gemma per aurum  
 Ordine queque suo: res est pretiosa tuenti.  
 Luteolas velutii, cum ros liquidissimus herbas  
 Obsidet, aut niveis ardentia cingula gemmis  
 Cum Parthus gerit, & vivum sic temperat aurum.  
 Præterea Custos secreta volumina, levâ  
 Arcana inscripta notis gestabat, ubi ingens  
 Est meriti series, aureisq; expressa figuris  
 Durat, ut aeternos divina Pronœia posthac  
 In fastos referat, servat quos ipsa perenni.  
 Subscribens calamo, signatq; adamante notatos.  
 Ergo ubi divino flammæ stuperfactus in ore  
 Legerat, & Rossis meditantem viderat oris  
 Supplicia, affusus solio sic incipit Ales:  
 4. Summe Pater qui res hominamq; Deumq; beatis  
 Imperiis curisq; cies, meritosq; severis  
 Castigas populos pœnis & fulmine terres,  
 Imbroba si justas collegit Rossia pœnas  
 Assensu cœli, quo jam CUNCEVIA cederet  
 Cœliibus tantum laudata modestia vita:  
 Quid meus aut in te Præsul committere tantum  
 Ausus, vel potuit & quanto Crateres in imbris

Ambroſio

## LIBER II. 201

12

Ambroſio (scis ipſe) imbri, tibi libo, piagæ,  
 Ante oculos, ame iratis ita flantia flammæ  
 Lumina, mixta tamen placido facilique remitti  
 Obtutu, lachrymas & anhæla pignora mentis  
 Dedico? quin etiam hæc memori vestigia libro  
 Speciata pietatis habes. quantum arserit olim  
 Te puer & humentes nondum dissolverat umbras  
 Lucifer, & tardum sperabant fidera solem,  
 IOSAPHATUS sacras jam tum vigilabat ad aras,  
 Roseidus ipſe suis lachrymis, & Lucifer ipſe.  
 Ipſe piis mulcere tuas concentibus aures  
 Atq; ministeriis totos traducere sacris  
 Sponte dies, licet hinc voces remorentur heriles  
 Hunc tamen evincit pietas: quæ cura legendis  
 Si qua licet sacris oracula discere libris,  
 Qualia multa animo funduntur ab augure vatum.  
 Inde ubi majores Amor immisſet habenas,  
 Dedignatus humum, perituraq; munera Sortis  
 Invitas calcavit opes, pulcherrimus exul  
 Fortuna, Natique tui, per acuta dolorum  
 Orsa sequens, BASILI magni vestigia preſit,  
 Nec ruditis armorum cœli: prius addita menti  
 Caſtra remoliri aggressus, vicina nocentis  
 Tela Stygis, vivisq; suo sub corpore flammæ  
 Interimens, teneris Acheloia prætulit uvis  
 Pocula nativo per viscera lassa furentem  
 Rore ſitum placans: qualis Iordanis ad undas

Flammifer

CATAGO:

## IOSAPHATIDOS

Flammifer Helias, qualis qui proliuit iisdem  
Ipse tuum Gnatum lymphis, Numenq; volucre  
Virgineis oculis, & puro viderat ore.  
Illum indulgentem tantis certatibus, annum  
Bis roseus properis Titan prævectus habenis  
Viderat attomitus: tenui jam pallida vultu  
Vita recurrit, iners & jam sub pectore hebescit  
Sanguis. erat morbi, timor haud longinquus iniqui.  
Ergo Magistratus, sese cui sponte dicarat

**IOSAPHATUS**, vetat ulterius producere tantas  
In se iras, odiis vitam nec tendere contra.  
Ille sed ingenit fidens, animi, recentem  
Excivit Martem, generosaq; repperit arma,  
Arma tui dudum Gnat bene cognita alumnis.  
Namq; suis consertam hamis, nodisq; trilicem  
Loricam, sentisqué asprum thoraca, laceris  
Æthereus miles, veteris nec degener ævi  
Induit & campo pulcher stetit horror aperto,  
Tartareas contra vires, Acherontiaque arma.  
Quid memorem assiduis lassatas vocibus umbras  
Dum geminas tendit palmas, cœlumq; fatigat  
Flammatis, fateor, precibus, mundiq; silenii  
Arripiens tempus, Superum clamoribus aures  
Avocat; & totum blandis tenet aethera vois?  
Nunc udos lacrymis vultus, nunc muta disertus,  
Otentans desideriis præcordia: nudus

Nunc

## LIBER II.

13

Nunc projectus humo: mortalia membra pero sum  
Tollebam tacitas Divum ad commercia, in auras:  
Tu magnum haud falsi implebas Genitoris amorem,  
Sensibus insinuans temet: totumq; remiscens  
Numine, divino trepidam mentemq; nitore  
Firmabas. quantis hinc se facundia nimbus  
Cœlestis fundebat, agens mirantia plebis  
Corda, tuosq; animis quantum figebat amores?  
Sive profanatas amor est invadere noctes  
Errorum, eastoq; stygem miscere profundam  
Eloquio, Septemgemino torrentior amni  
Lingua ruit, doctoq; vehens cum flumine lucem  
Emovet & tenebras & cœcæ nubila mentis  
In fortunatos imbres, lachrymasq; resolvit.  
Qui placidos mores referam? quantoq; receptæ  
Pectore virtutum varia sub imagine formæ  
Concordes junxere choros? Amor emicat antè,  
Sive tuo Genitor, ducens è pectore flamas  
Atq; redux in te: oblique seu tramite cursum  
Qui regit, & simili sumens ab imagine vires  
Rite repercussus rapitur super ardua viator.  
Hic quoque cognatus mentem calor imbuit acres  
Exacuens curas, ne quæ divina senescat  
Gloria, ne fædis mortalia pectora noxis  
Iuratum violent divini fœdus amoris:  
Neu scelerum concreta modis inolescere miris

BACIΛΙΑ

Forte

## IOSAPHATIDOS

Forte sinant: blando quoties, pellegerat ore  
 Ut male concreta puros à labe relinquant  
 Æthereos sensus, & mentis simplicis ignes?  
 Quin etiam si quo luctantia pectora vident  
 Crimina, vel serum post tot patrata pudorem,  
 Nunc totis precibus, largo nunc ære salutem  
 Nunc riguis redimit lachrymis, vel mille paratus  
 Vulnera, mille obitus miserā pro plebe pacisci  
 Si quā fata sinant: tantus calor incubat olli,  
 Tantumq; in tencras cecidit tua flamma medullas.  
 Nullus erat, tristi si quem Penuria fato  
 Perculit, accisis rebusuē invasit Egestas,  
 Cui largā non ille manu, non ille secundo  
 Afforet auxilio, rebusq; levaret in agris?  
 5. Iret adhuc in verba pii calor Alitis, illum  
 Ni Pater in medio, sic interfatus, & ultro  
 Compellaret, Habes, Iuvenis quæ tanta meretur  
 CUNCEVI pietas, meritisq; indulgeo Rossis  
 Præfulis obtentu tanti pendentia dudum,  
 Decretosqué diu meditantia funera casus.  
 Hic quoqué (sabor enim rerumq; arcana futuris  
 Quæ venient lustris, mora nec longinqua) movebo.  
 Perferet immanes furias & bella cruentis  
 Schismatis, ac nostras animam hanc efflabit in auras.  
 Atq; illum cælo, fuso se sanguine natum  
 Monstrantem, accipiam: flectetur & ille precantum  
 Vocibus, atq; suam totis famam efferet astris.

URBANO

## LIBER II.

14

URBANO mandante meo, cui jura Petrig;  
 Sceptra dedi, & facilis cœlumq; orbemqué remisi.  
 Ille Voloviciis notum super athera curis  
 Efferet, in partem veniet super ipse laboris,  
 Quiq; Polottanae fasces Antonius urbis  
 Successor capiet, tantosqué implebit honores,  
 Quiquē geret formosa tuas Halicia mitras,  
 TYSCIADESq; tegit cui tempora sacra Methones  
 Insula: nec levo firmabo ea numine cœpta.  
 6. Namq; ubi IOSAPHATI vitam lethumqué sagaci  
 Concilio discent Patres, super aëra latè  
 Luminis undantes effundam prodigis ignes,  
 Incendamq; novas templi pro vertice stellas.  
 Vittebsi riguis pluet & per culmina sanguis,  
 Unde nova assurgat fidei seges, unde caducum  
 Relligio caput attollat: tunc excita tantis  
 Urbs monstros, trepido concurrens agmine, sedum  
 Damnabitq; nefas, eadisque piacula solvet.  
 Quæque Polocanos fines Vittebsiaque arva  
 Gens colet, hunc strœlis Divum venerabitur aris.  
 Huic stata sacra feret: magnis dignabor & illum  
 Ostenis: etenim nervis stupefacta solutis  
 Dextera, cùm primum sacram se sistet ad urnam  
 Præfulis, affretos peragrabit spiritus artus.  
 Adscribetq; manum Divo: nec surda ferebatur  
 Fama viri, magnis etenim tolletur in astra  
 Ingeniis, memoresq; ævi venientis in annos.

D 2

Præcipue

БЕЛІКАГО

## IOSAPHATIDOS

Præcipue ambrofio magni sermone Georgi  
 TYSKIEVII, cui tu custos tunc ipse memento  
 Ire comes, tantaq; operum sub mole lacertos  
 Fulcire, atq; ipsas ab origine ducere laudes.  
 Audiit hæc Ales lætusq; excescit Olympo,  
 Omnia fausta ferens Roſſis, sed crimine tantum  
 Mæſtus & immanem damnat sub pectore cædem.  
 7. Devexum interea vesper pallentibus axem  
 Vertebat manibus, stellæq; vocabat in altum,  
 IOSAPHATUS tunc fessa virum jam corpora, serâ  
 Curari mensâ jubet, ac prius ipse secundos  
 Exorans Superos, Numenq; precatus, honoros  
 Ipse Sacerdotes inter discubit: ubi aures  
 Mulcebant sacris accepta oracula libris:  
 Qui sua fidereum repetens servator Olympum  
 Regna ſolo fundavit, in uniusq; Quiritum  
 Præſulis appendit nutu cœliq; beata  
 Imperia, atq; oras terrarum arcesq; profundas?  
 Quis prior in Roſſos Christi produxerit axes  
 Lumen, & horrendas dimoverit orbe tenebras  
 Divinos ſpargens radios lucemq; ſalutis?  
 Qui Methodi fervor? quantosuē Cyrillus in ausus  
 Pro Roſſis ſurgat, ſlavas Ignatius illos  
 Divinos oratores legārat in oras,  
 Cœlitum amicitiam, pacemq; offerre Tonantis:  
 His ſimul Aufonios, perfecto Munere, fines  
 Romanasq; arces, Capitoliaq; alta redire

Sederat

## LIBER II.

15

Sederat & Latio ſua geſta probare Parenti,  
 Ipſe Quirinali trabea Mitraq; decorus  
 Slavinos nutu libros Adriane probabas,  
 Ad cantuq; novos, incenſa altaria circum  
 Purpureis aderas hilariſ cū Patribus: illi,  
 Divinas Patrio memorant dum carmine laudes.  
 Plurima & ipſa ſuo CUNCEVIUS addit ab ore  
 Exacuitq; acres ſociorum in pectore curas  
 Schismaticas contra furias, peſiſq; rebellis  
 Terrorem ingeminat, tempuſq; eludit edendi.  
 8. Iam quoquæ Phœbus equos ſeris immerserat undis  
 Dulciaquæ humenti ſpargebat ſomnia cornu  
 Cynthia, dum compoſta domus ſilet omnis, & agris  
 Dulcius aspirat membris ſomnusque quiesq;  
 Conſcia, ſecreti repetens penetralia tecti  
 Multa ſuper Roſſis ſupplex patriaqué ruinis  
 Quesitus apud Superos: tum mox ſeſe exuit omnem  
 Ipſe togam dextrâquæ ferens horrentia nodis  
 Verbera, ſic lachrymis & ſupplice ſidera voce  
 Testatur: Per ego has, Iesu, te maxime plagas  
 Vulneraq; & lato bipatentia pectora ferro  
 Obteſtor, noſtri quoniam tibi vile cruoris  
 Eſt meritum: conjuſe tuo, preſiumq; remiſce.  
 Sic ait, & valida contorquens verbera dextrâ,  
 Vulnera vulneribus geminabat, & ieiſibus ieiſus,  
 Nec mora, nec requies: densâ non grandine tantum  
 Canus Athos crepitat: Cybeles nec tympana raucis

Ieiſibus

1759:

## IOSAPHATIDOS

Ictibus absilunt: quantum se fervidus heros  
Creber obit flagris, & sanguine proluit artus.  
9. Tum Pater Omnipotens procedere longius iras  
Et tantum senvire manus haud passus, Ephebum  
Evocat Aligerum, finem qui imponat acerbis  
Iam tandem pugnis, justosq; refundat honores.  
Nec mora, præpetibus taciti per inania mundi  
Ales abit pennis, notaq; allabitur aulae,  
Hic ubi purpureo irriguus CUNCEVIUS imbri,  
Obscurum ardentl clarabat sanguine tectum.  
Restitit, aspectu Iuvenisq; exterritus hæsit  
IOSAPHATUS, raptimq; togā super induit undam  
Sanguinis, & puduit nudum vel ab hospite casto  
Spectari. Sed enim volucer quos sparserat imam  
Per terram nimbos, bibulā collegerat ultiro  
Iam bombyce sagax, partemq; incoxerat astu  
Ætherio, in fortunatos vertitq; pyropos,  
Quæis olim Superi cùm iam Capitolia Regnū  
Intrabit victor, consurgat Laurea gemmis:  
Et partem in roseos, tanto pro vertice, flores  
Transformat. perfundit odor tunc tecta laresq;  
Virgineis quantum nec Trinacris Hybla rosetis,  
Nec Cilices spirare croci, Phœacaq; rura  
Hesperidumq; nemus potuit, Libaniq; recessus.  
10. Atq; ait, ô tandem victor pulcherrime, Präful,  
Sic Tyrio Superos vestitus murice cætus  
Quantus adibis humo? quantus mirante Senatu

Accipere

## LIBER II.

Accipere hōpes? quantoq; videbere plausu?  
Ergo age, divinos, hebetantia membra, vigores  
Exue, liberiorq; hauri spirabile cœli  
Lumen, & agnatos patriæ cœlestis amores.  
Dixerat. illabens subito vaga lumina somnus  
Irrigat, & stringit fessos in corpore sensus.  
Iamq; sibi levior, brutā tellure relicta  
Vifus inisse fugam: liquidasq; enasse sub auras  
Et puri nectar cœli, lucemq; beatam  
Ducere: jam terras humiles, angustaq; paucis  
Imperia aspectans & vasti marmora Ponti  
Nocturnosq; ignes, & lucida templa Dici.  
Omnia perlustrat latus: gaudetq; tueri.  
Nec minus ardescit cupidisq; obtutibus hæret,  
Dum niveo implexas miratur limite stellas.  
Cùm subito aurati discedunt limina cœli,  
Pandunturq; domus Superū, invitantq; morantem  
IOSAPHATUM: tacitis arrident atria flammis.  
Submittuntq; suas acclini vertice turres.  
Aliger hic: ecquid rapit exultantia tantum  
Corda pavor, causasq; ardens, immobilis hæres?  
Quin cœptum moliris iter? sic inquit, & intra  
Sidereas trepidum portas, & mœnia dicit.  
11. Ecce autem sanctam rumor perlabiliter urbem  
IOSAPHATUM tandem Superos venisse Penates,  
Hauriat ut puros oculis non segnibus ignes:  
Occurrunt alacres Di vi, longeq; salutant.

Precipue

Подписьдана.

## IOSAPHATIDOS

Præcipue magnus stricto Basilius Aluminum  
 Alligat amplexu, & carâ cervice moratur,  
 Egregios laudans animos: hunc peccore toto  
 Accipit anteq; fert gressus atquæ occupat arcem.  
 Bissene solido electro fulvoque metallo  
 Æternum vigilant portæ, stant mœnia gemmis  
 Includuntq; fices lapidum, queis ipsa coruisci  
 Lux minor est Phœbi: lucis quin illius umbra est.  
 Aurea majestas plateas, & strata viarum  
 Explicat, auratis currunt crystallina ripis  
 Flumina, at assiduo lassantes sacula fætu  
 Percurrunt Hortos, animantq; perennibus undis  
 Ambrosios fructus, & pensile ab arbore nectar.  
 12. Interea rosei spectans cunabula solis  
**IOSAPHATUS**, qua Cjovias prospexit in oras  
 Liberior, videt ingentem super arce Senatum  
 Pontificum: Grajis assurgunt tempora vittis  
 Argolicæquæ manu virgæ, Tyriæq; laceris  
 Demigrant chlamydes: tantos agnoscere Patres  
 Iam dudum flagrat Präfus: quæ regia porro?  
 Quiaé viri tantas complerint agmine sedes?  
 Tum Fater: has arces hæc vasti mœnia cœli,  
 Sublimes habitant animæ, quos Rossia Patres  
 Concordes Latio Chygi trasmisit ab Urbe:  
 Hos equidem memorare tibi, tibi nomina dudum  
 Magna virum coramq; sacros edicere vultus  
 Optabam, magis Ausionæ ut pro legibus Urbis

Cernere

## LIBER II.

17

Cernere rem vitâ haud dubites, & temnere lethum.  
**IOSAPHATUS** contra vultus demissus honestos:  
 Ardeo Dive equidem tantos de sanguine Rosso  
 Compellare viros, vultusq; agnoscere Patrum,  
 Illaq; magnanimitis vestigia passibus acta  
 Et decorum spacia ardenti correpta labore  
 Perlegerc, ut similes sit fas invadere palmas.  
 Tu refer unde genus ( neq; enim genus omnibus unum  
 Tam varii ostentant vultus ) quibus actibus istas  
 Devenere domos? queis cœlum emere periclis?  
 Cur viduæ numerum sedes, plenumq; senatum  
 Non explet? inversa locum cur insula servat,  
 Et vacuâ residet pro Präfule mitra curuli?  
 Dicam equidem rerumquæ tibi momenta priorum  
 Expediam ( Basilius ait ) tu mente capesse:  
 13. Principio, imperium quando **RURICUS** habebat  
 Sarmatia in vestra magno cum fratre Sinevo  
 Truvorioquæ: Deus tum primum Rossia regna  
 Dignatus, sacris populos lustraverat undis.  
 Sed levis ab! rursus, cœptique infida propago  
 Consilii, Patrios alii instaurare Penates  
 Gentilesquæ Deos, pars prima retexere cœpta:  
 Donec fixa dies perfecto temporis orbe  
 Attulit optatam Rossana per oppida famam  
 Numinis, & Christi cœpit crebescere Nomen.  
 Quam varius Chygi Präfus regnabat in urbe

E

Tam

IOSAPHATIDOS

Tam variis fatis: Photi tum perfida namquē  
 Impietas Grajus motus excivit in Oris.  
 Hi quoquē vix numero ē tanto venerē beata  
 Concilia & Superūm celsas meruere curules.  
 Ille vides, celsa cui surgit fronte Tiaras  
 Qui grandes magno crissat pro vertice gemmas  
 Rossidos intextas Anne, ingenioquē manuī.  
 Majus ab aethereo lumen deduxit Olympo  
 Rossigenis, altas intraquē Borysthenis undas  
 Fulmineum monstrum (Deus hic sibi Rossia quondam)  
 Miserat, & falsas extinxit in aquore flamas.  
 Proximus huic fulvas Theopempus vertice vittas  
 Sumpserat atquē illo sublimis in ordine staret:  
 14. Sed melior Rossio Mytēs de sanguine tantum  
 Capturus solium fatis servatus, Olympi  
 Degenerem subedit & inclinata reduxit  
 In melius sacra, Argolicis nec cœpit ab oris  
 Aūficia imperii: magnus sic namqu volebat  
 Rhos IAROSLAUS, Latia dum cernit ab Urbe  
 Discordes Grajos, versosquē abiisse Pelasgos.  
 Hic EPHRÆM Danaūm genus, & spes maxima Rossūm  
 URBANI<sup>q</sup> sequax Patris, cui maximus ipse  
 NICOLEOS Lycie, divūm decus, & patriæ lux  
 Rossigenūm, aurata præcinctus tempora lauro  
 Insignemquē ostentat ovans, & reddit honores.  
 Tum CLEMENS, Latioque Patri, cui jungere sese  
 IOANNES studuit: Rossaqu ē gente CYRILLUS

MAXI-

LIBER II. 18

MAXIMUS hunc: PETRUS<sup>q</sup> ari maturus, ALEXIS<sup>q</sup>  
 Insequitur, qui cœlitum signavit honore  
 Voldodimiriadas magnos GLEBUM<sup>q</sup> Borissum<sup>q</sup>.  
 En hic cui tantus circum caput afflit ardor  
 Bulgarus, Hesperiam in magnam quem iussa Vitoldi  
 Oratum Rossis pacem misere Quiritum.  
 Aspicio ingenio quantum calor emicet ore  
 In Byzantinas furias, utquē arduus iram  
 Evolvat memori sub pectore? sed magis illuc  
 Verie oculos, Divosquē tuos, & nomina disce.  
 15. Hic cui flammivomus vigilat pro pectore Phœbus  
 Et latē riguum crebrescit vertice fulgor  
 Rossorum ē veteri patriā, dum sceptra Quirini  
 Imperiumquē Patris Moschis clarabat in oris,  
 Multa tulit: flamas etiam tum seva tyramit  
 Instruxit rabies, proprio ni Penniger ales  
 Accursu, eriperet, Rossifqu hunc sisteret oris  
 Incolumem; Italiam mox ivit, & ardua Petri  
 Limina, ubi sacros fasces, Mitrām<sup>q</sup> Pelasgam  
 Exuit, adqu pedes decorum pretiosa Quirini  
 Pontificis posuit spolia, ut jam pondere honorum  
 Liberior, fædas serpentis Schismatis iras,  
 Frangeret, atquē luem Grajo depelleret orbe.  
 Ponē comes positos qui jussus sumere fasces  
 GREGORIUS MISÆL<sup>q</sup>, potens pietatis & illi  
 Par IONAS, Litava lectusqu MACARIUS urbe?

E 2

Ut

## IOSAPHATIDOS

Ut pretiosa ardent truncatis vulnera membris  
 Purpureas imitata faces, imitata pyropos ?  
 Hac illis Scythicus peperit furor, ille Tonantem  
 Dum Iesum intrepido testatur pectori, lethum  
 Lucratus, victor tantas enavit ad arces.  
 Huic comes est Ioseph, quem Patri fida Latino  
 Asservata fides, Latium cognomine fecit.  
 Quis procul ille autem, latè cui tortile collo  
 Aurum demigrat, digitosqué incendit, iaspis,  
 (IOSAPHATUS querit: ) Noso erinesqué sacrifig  
 Suggestum capit is (Magnus suscepit) & illam  
 Majestatem oris, quo caci Schismatis atras  
 Dispulerat nebulas, & fuso sanguine magnus.  
 Hic se Cyoviis invexit Hypatius oris,  
 16. Atque hic IOSAPHATUS, teles accedere quando  
 Se videt insolitus, atque altera regna subire,  
 Mœnia qua tantum triplici circumdata muro  
 Dipe patent & radiis qua sic undantibus ardent  
 Culmina & qua liquidum conantur in æthera turres ?  
 Ille resert: vario qua speetas ordine signa  
 Adversasqué super latè pendentia portas.  
 Supplicia, & veterum monumenta expressa dolorum.  
 His Pater ipse locis posuit: victoribus ipse  
 Has dedit esse domos proprias, arcesqué dieavit.  
 Hic densos Stephani Saxonum, en, aspice nimbos,  
 Inde Cruces, nudosq; Enses curvasqué secures,  
 Fulmineasqué Rotas, nec in uno vulnere stantem

Uncorum

## LIBER II.

19

Uncorum rabiem, Serrasque Rogosq; Ferasqué  
 Dipsades, & cæcis insutus utribus Angues,  
 Milleque pœnarum species, & funera mille.  
 Horret & ipse animus tot leibi cernere formas  
 Atqué metu resugit, meminisse: sed aspice contra  
 Sylvarum virides scenas, & consta latè  
 Arbore perpetuâ, felicis jugera campi.  
 Surgit odoratum lauri nemus: unde perennes  
 Omnipotens texit victoribus ipse coronas.  
 Namque Pater, tristi quâ Natus in arbore quondam  
 Purpureo dulcem effudit cum sanguine vitam,  
 Ipse manu teneram succidit ab arbore plantam.  
 Cœlestesqué super glebas consevit: & ingens  
 Erupit subito nemus, infuditque patentes  
 Hos campos, ubi perpetuo pretiosa metallo  
 Virga viret, duroqué crepat pro cortice dives  
 Bractea, vivus bonos cœli, pulcherrima merces  
 Sanguinis Heroi: nos hic etiam ardor agebat  
 Oppetere immanem Christi pro Numinе cædem:  
 Secius at cecidit, felix quem funere tanto  
 Dignari voluit vita Pater, atqué necis Rex.  
 17. Dixerat, ecce autem species apparuit ingens  
 Magnanimum Heroum, flagrabant corpore toto  
 Vulnera, septenus quantum non flagrat Olympo  
 Cynthus, innubi cùm iactat ab æthere lucem.  
 Cuiqué sub inficto densatus verbere sanguis  
 Durat, & attoniis radios disseminat asiris.

Membraque

## IOSAPHATIDOS

Membraquē cū lectis lucent compacta corallis.  
 Miratur tacitus tantum CUNCEVIUS oſtrum,  
 Et ſimiles animo jam concipit arduus ausus.  
 Principē à trifti cum vulnere forte recentem  
 HRECOVIDEN ſpectat lacerum erudeliter artus  
 Liventesquē olim, nunc vivo lumine, plenos  
 Agnoſeit vultusquē genaſq; exēſaq; duro.  
 Colla Catenarum morſu: ac prior incipit vltro:  
 Salve Dive recens, magnum decus addite, cœlo,  
 Quo tam crudeles permutas lumine pœnas  
 Egregius magnæ fragili ſub pectore mentis?  
 Quæ tantum clarant te vulnera? nam mibi fama  
 Non vano rumore tulit, te mille peremptum  
 Vulneribus, vazi mersumq; Boryſthenis undis.  
 Tunc ego te magni Baſili venerab̄r alumnū  
 Inſignem. Mañesq; ſacros in vota vocabam,  
 Ambibamq; pari vitam hanc impendere letho.  
 Atq; hic HRECOVIDES: manet et tua maxime Praeful.  
 Gloria, morſq; tibi, magnum ſpe præcipe bellum,  
 Præcipe vītricem palmam, grandesq; triumphos.  
 Et me Cyovii ſcelus exitiale Furoris  
 Schismaticæq; manus ſummi dum perdere tentant  
 Suppliciis, tanto attollunt, quem cernis honore.  
 Namquē Boryſthenia missus cum mœnibus urbis  
 Forte propinquabam, durisquē mapalibus hoffes  
 Succēſi, totam possem ut requiescere noctem  
 Fronde ſuper viridi. ſubito improvitus ab arbe

Hofſi

## LIBER II.

20

Hofſi adēſt, tenucmquē casam circumſtetit armis  
 Sacrilegis: etenim me tunc complexa tenbat  
 Difficilis ſeffumq; via, ſeffumquē laboris  
 Dulcis et alta quies: referens tamen omnia menti  
 Nocturnis quidquid ſtrueret plebs impia cœptis,  
 Quid moror? evelunt trepidos cum cardine poſtes:  
 Viribus et ferro via fit: panduntur inermes  
 Impleturquē foræ, populi furialibus undis.  
 Iamquē genu nixus vicinæ Mortis honorem  
 Non humili flagrabit animo, cūm protinus omni  
 Abripior clamore virūm et diſtendor arenā  
 Iam ferro vinclisq; gravis? quis cetera fando  
 Explicet? b̄ec multo nūc ſtantia vulnera ſole  
 Testantur, livorquē novum mutatus in oſtrum.  
 Hac vice ſermonam, placidas cūm longius horas  
 Extraheret, nova forma viris oblata, recentem  
 Auxit laetitiam: Sarogrodus namquē Sacerdos  
 Ipſe quoque inſanda demeſſus colla ſecuri  
 Reſtiterat coram, ſublimis tempora lauro,  
 Viſtrici lauro: comitem ſeſe addidit ollis  
 Quem ſacra Dardanii confeſſum ſceptra Parentis  
 Theſſalonica parens notas revocabat in oras  
 Nequicquam: nam Schismaticis oppreſſus ab armis  
 Magnanimum oppetiit ſatum, cœlumquē petivit.  
 Congreſſi ergo manus jungunt dulciquē morantur  
 Amplexu impliciti, mutoſquē loquuntur amores.  
 Nunc quoq; CUNCEVI præſagā mente futurum

Funus

## IOSAPHATIDOS

Funus adorantes, socios gratantur honores.

Nil Superis clausum est : etas quaecunque futuris  
Parturiet lustris. præsens sine nube tacentur.

Sed jam puniceo Tithonia sponsa cubili  
Purpureos ortus spondebat, & aethera sparsis  
Laxabat vicina comis, jam conscientia sensim,  
Sidera pallebant : cupidum Basilius alumnum  
Admonet, abrumpat, dulces licet, ocyus orsus,  
Mortalesq; artus, desertaquæ membra revisat.

18. Ventum erat ad patuli bipatentia limina cœli  
Quâ geminae surgunt portæ, quarum altera vivo  
Crystallo perfecta nitet, visuq; caducis  
Objiciens oculis formas, distantia longe  
Admovet, inq; unum dispersos colligit ignes.  
Hâc quoties Divum Genitor dignatur Olymbo  
Accipere ingentes animas & pandere cœlum,  
Admitti jubet, & quæ sint ventura recludit.  
Altera de solido électro, levique metallo  
Ingens, sublimis, centumq; effulta columnis,  
Clausa sed æternum, varioq; abducta recessu,  
Quò centum ducunt aditus, stant ostia centum:  
Unde ruunt totidem voces, responsa volucrum  
Cœlituum. vel si Genitor ter maximus ipse  
Delectos affari animos decernit, & alta  
Fata movet, mentisq; sua penetralia nudat.  
Primâ igitur Magnus portâ Basilius amicum  
IOSAPHATUM educens, memorat quæ deinde gerenda

Bella

## LIBER II.

21

Bella per ingentes cognatae Rossidos oras :  
Incenditque animum magno venientis amore  
Funeris, & quantis expectent sidera votis  
Victorem, ingeminat, seq; his certatibus ipsum  
Affore pollicitus Rossas emitit in oras.



F

LIBER

# LIBER TERTIUS.

**E**T jam tempus erat votis adhibere Tonantem,  
Et matutinis operari ex ordine sacris:  
Ilicet è stratis primus CUNCEVIUS ardens  
Corripuit sese, & socios ante emicat omnes  
Impiger, atqué hilaris dulces accurrit ad aras.  
Strymoniis veluti volucres cùm publica ripis  
Castra movent, aliasq; undas, alia aquora querunt,  
Excubias qui primus agit, longasq; volucrum  
Prævolat ante acies, cùm pigrum nota soporem  
Sidera jam laxant, turmas clangore morantes  
Excitat & latus sese super æthera pennis  
Attollit, properus, liquidasq; eremigat auras.  
Haud minus & Præsul se matutinus agebat  
IOSAPHATUS, primusq; suos in templo vocabat,  
Conscius aetheriæ tacito sub pectore flammæ,  
Speque alacer lethi: proprium nec longius ignem  
Dissimulat vultus, roseo flammatus in æstu.

Nam

## LIBER III.

22

Nam riguas inter lachrymas, nimboisque liquentes  
Arcanum produnt oculi jubar, haustaque cœlo  
Semina traluent facie: sic Lucifer ardet  
Oceani perfusus aquis, teneroqué decorus  
Incedit radio, crinesque repexit honoros.

2. Iamque Sacerdotes solito sacra carmina cantu  
Finierant, Diæ subiit CUNCEVIUS Aras  
Præcinctus solito castum subtegmine pectus:  
Hic ubi bis ternos subter cælantia fontes  
Fila levant, murmurque vagum per gemmea saxa  
Pene cident: summo vestis sed margine texti  
Quatuor artifici complectitur ordine, mundi  
Terrarumque plagas: species quas disolor omnes  
Explicat & puro mundum bene gestat in auro.  
Mox Tyriam cervice Stolam, mox grandibus oras  
Prætextam Chlamydem gemmis, Mitramque Sacerdos  
Præsulis imponit capiti: qui fausta precatus,  
Ore favere jubet, tacitisq; assistere linguis.  
Ipse, dein Gnati cœlestia facta Tonantis  
Præcinit, attentis avidum bibit omnia vulgus  
Auribus: auget enim rerum momenta legentis  
Majestas, vultuque sacer qui promicat ardor.  
Excipiunt cantu reliqui, quem maximus olim  
Iessides cecinit venturi conscius ævi,  
Et geminus liquidum penetravit in æthera vates.  
Exin divinis rebus jam ritè peractis

F 2

A templo

## IOSAPHATIDOS

A templo sese referunt: sed Präful ad aras  
 Durat adhuc, fruiturq; polo, lachrymisq; calentes  
 Irriguus vultus, fati promissa decori  
 Expleri petit, & totum se destinat armis.  
 3. Talibus illachrymans votis, & sensibus agravis  
 Prægressus terras, hominemq; oblitus, anhela  
 Mente subit cælum peragrans, & pascitur auræ  
 Ætheris insontis: sacro dum forte litando  
 Tempus abest, nec tota dies se fundit in orbem.  
 Interea medianam latè perlabitur urbem  
 Nuncius, atqué magis CUNCEVI amplectitur aulam.  
 Iam fera Tartareis monstra erupisse cavernis  
 Horrenda, & savo non inferiora videri,  
 Quo venere, Orco, miscerique omnia lucu,  
 Omnia funereis Vittebsci mœnia flammis  
 In cineres verti: viduam jam Präfule plebem  
 Tænariis cessisse lupis, cessisse dolosis  
 Insidiis vivamq; fidem exhalare sub auras.  
 Id quoqué IOSAPHATO jam cœli vectus ab oris  
 Aliger attulerat: tempesti visqué precantem  
 Excierat monitus, & mæsto è pectore tristes  
 Adducens gemitus, sic vocem rumpit amarus:  
 Eja age rumpe moras tandem, tuaqué arripe sacra  
 Protinus: hostis habet, Präful quam fascibus urbem  
 Æthereis flectis, ruit alto à culmine cœpta  
 UNIO, jamq; alti surgit tibi gloria fati,  
 4. Sic ait & manibus vittas, & pallia notis

Effert

## LIBER III.

23

Effert ipse adytis, addit funeralibus ignes,  
 Expedit & laticem, Cereremq; & munera Bacchi.  
 Divinis libanda aries Nabathæaque flammis  
 Thura cremanda suis: vicinas Präful in ædes  
 Interea abscedens nodo sua tergora abeno  
 Ter stringit circum, loricamq; insuper aspis  
 Horrentem spiculis, & vulnera lenta ferentem  
 Induit, ad sacras ut sisteret integer aras,  
 Sanguinis & purum Superis dum libat honorem,  
 Ipse suo staret cum sanguine victima cœlo.  
 5. Interea stygiis Monsrum se concitat alis,  
 Sacrilegum monsrum Discordia, quodquæ Pelasgi  
 (Quando illis primum natum perhibetur in oris  
 Schisma vocant, non ulla lues immanior orbi)  
 Antraquæ nota petit, secretaq; tecta Megæra.  
 Est locus admissis quæ curva Borysthenis undis  
 Littora mordentur, vastos ubi Silva recessus  
 Efficit objectu Nemorum, quibus horrida latè  
 Incubat, & densis nox imminet atra tenebris.  
 Stat specus, & viyo singit pendentia saxo  
 Antra, cavosqué lares stygiis habitata colonis  
 Limina, concilium placuit si quando vocare  
 Tartareum, pestesqué Erebi dimittere in oras,  
 Moliriq; necem populis, & vertere regna.  
 6. Iuppiter hic etenim Rossis qui creditus olim  
 Fulmineos vibrare ignes, flammisq; trisulcis  
 Frangere nimbosas hiemes, (dum Nomen IESU

Diditum

## IOSAPHATIDOS

Diditur, & sedi patuit dolus improbus Orci,  
Demersus fluvio, carisq; abductus ab aris  
Ultoris posuit templum Iovis: has sibi sedes  
Has furiis statuit: rabidis hinc exitus Umbris  
Quæq; die medio volitant, terrentq; paventes,  
Quæq; sub Idalia jam sera crepuscula stellæ  
Per tenebras ululant, busillisq; morantur, & undis;  
Hic ubi triste stetit, terroremq; addidit umbris  
Portentum, pridem tenebris quos forte libellos  
Condiderat, subito eruit, & quos perfida Moschi  
Barbaries, quos Orsa vetus, fraudumq; sequestra  
Kyovia, & tanti Mohilovia conscientia facti:  
Quos Constantina, qui se mentitur in urbe  
Esse caput Grajum, Rossas submisit in urbes  
IOSAPHATUM contra, ut stimulis haud mollibus iras  
Arrigeret vulgi, & mortem celeraret iniquam.  
Colligit has Furia, atq; sinum simul abdit in atrum,  
Septenash; super pestes, Erebisq; Sorores  
Agglomerans, notas Vittebsci auferunt in arces,  
Extremam factura manum, sceleriq; dolisq;.  
7. Hic densus latè populus dum fluctuat altis  
Effusus templi penetralibus, obvia contra  
Pestis adevit, portisq; ipsis assistit, Achivi  
Assimulans peregrini habitus, frontemq; nefandam  
Effetamque situ, canis infundit honestis.  
Fit simul Antimachus, sacros moresque habitusq;  
Qui simulet, fidens animi, seu volvere fraudes,

Sive

## LIBER III.

24

Sive leves ausis implere ferocibus urbes.  
Undique conveniunt avari, mentemq; tueri do  
Expleri nequeunt: certant agnoscere vatem.  
Argolicum, trahit unde suos gens Rossia ritus,  
Expediuntq; manus & largæ munera gaze  
Partiri certant: cunctos tamen ante Senatus  
(Namque venenatos sensim sub pectore motus  
Ollis adspirat, membrisq; interplicat ignes  
Vipereos, fallitq; animos, versatq; furentes)  
Accipere exoptant, mensisq; adhibere paratu.  
Ergo ubi jam magis, atque magis servescere spectat  
Et vultu pendere suo: lata aera quando  
Densum humero vulgus vix explicat, illicet aptum  
Arripiens tempus, primum partitur in omnes  
Quos olim tales servatos vexit in usus  
Ipse libros, magnis expressaq; nomina ceris,  
Occultam inspirans charis pestemq; dolumque.  
Ac dum nascentes rudis ardor in ossibus iras  
Versantum, cupidisque oculis data scripta legentum.  
Accendit, tentatque lues sublapsa medullas,  
8. Incipit: Haud unquam certe nos mittere vestros,  
RAXIALI magni, penuria sveta Triones:  
Nec tantum rabies Dominorum barbara Thracum  
Concutit hos animos, jurataque pectora vobis,  
Quantum ne Rossas pietas diffusa per oras,  
Et Grajis primum lumen de fontibus haustum  
Occidat, Hesperiis exactum protinus umbru.

Atque

42  
IOSAPHATIDOS

Atque equidem quoniam cœpit Fortuna ruinas  
Urgeat, inq, aliud nostræ fastidia cœdis  
Sæva malum vertat, nos nos quecumq, severis  
Fata vebunt vicibus, Rossisq, minata colonis  
Sidera portendunt, nostræ cervicibus ultro  
Sumimus, & Superis lati persolvimus iras.  
Vos modò florentes & Religione recepta  
Et veterum sacris nullo molimine moti  
Persteis: quanquam o solita virtutis egentes,  
Pro quantum duratis, adhuc si vescitur aura  
IOSAPHATUS, qui vos Latii sub sceptris Tyranni  
Hesperiumq, jugum cogit: qui sacra parentum  
Sacrilegus, festosq, dies, ritusq, resolvit:  
Et nova, nec Superis, Patribus nec nota Pelasgi,  
Nescio que Latio ducens mysteria cœlo,  
Indicit: que nos Patribus responsa feremus  
Degeneres nati? qui vix dum forte parentum  
Lethales oculos, summaq, in nocte natantes  
Condidimus, moresq, simul, Ritusq, vetustos  
Condimus ipsa illa dextrâ? Latine Colonos  
Vos cœli fecere unquam? Latine priores  
Tariareas vestro pepulerunt orbe tenebras?  
A Latius Helcne, sceptrisque insignis & armis  
Sventoslaoides castris adscriptus IESU est?  
Seitis enim, & gratos nimium meminisse necesse est,  
Cum sua mere Bessus, querali nunc aceola Nili,  
Nunc dites Arabes glebis cum grandibus auri

Admitti

25  
SOLIBERIUS

Admitti orarent, mysteria, cùmq, Quiritum  
Pontifices, Regesq, suos imponere mores  
Optarent, solos magna tum voce Pelasgos  
Volodimere probas, soli meruere Pelasgi  
Spargere Divinum Rossorum in pectora lumen.  
At modò pertesos veterum, nova querere sacra  
Et patrias aras, & patria templa, mitrasq,  
Divosq, Ausoniis, pudor haud est, prodere iusit?  
Hac tum sperabamus? & hec jurata fides est?  
Cum Geta, cum Biston, patrios populatibus agros  
Vastat atrox, miscetq, satis incendia latit,  
Ilicet armatas acies, instructaque campo  
Agmina non segnes, edueitis. eruit aras  
Templaq, Raxialasq, furens impune per urbes  
IOSAPHATUS, vivit tamen, & Vittibscia visit  
Mœnia, & has aras, hac rursus templa reviset?  
Quando erit illa dies, riguas cum sanguine dextras  
Cœlo ostendetis, noxasq, piabitis urbis?  
Dixerat, & fese templi penetrabilibus alti  
Intulit, ac medio anicipites sermone reliquit.  
Exemplò varias trepidum rumoribus iras  
Vulgus alit: surgitq, animis, totoq, receptat  
Pectore dicentis furias: animamq, litare  
IOSAPHATI statuunt, & sanguine querere laudem.  
Ac veluti magna in sylva, cum dura Leonum  
Exigit ora fames, si fors Maurusia cornu

Solitudo

G

Leiunum

## IOSAPHATIDOS

Ieiunum attinet, vel paullum sigai arundo,  
 Excitet aut vigilum latratibus antra canum vis.  
 Ignescit commota fames, nemorumq; per umbras  
 Effera bacchatur rabies; absflit ab ore  
 Ardor, & absentem morsus desigit in hostem.  
 9. Ei jam IOSAPHATUS sacras defunctus ad aras  
 Celestes animo monitus, & jussa revolvens  
 Supremum decernit iter: fatalibus ergo  
 Cornipedes jungunt bigis: descendit in artus  
 Horror, et attoniti comitum timor ossibus errat.  
 Augur enim mens ipsa mali est, & sape futuros  
 Ipsa pravit casus, venturaque fata retexit.  
 Nil animi trepidus Prasul, jubet oxyus omnes  
 Precipitare moras, tantis seseque periclis  
 Dignatur: tu solus agis, mentemque peruris  
 Christe DEUS; stantem te jam pro moenibus urbis  
 Ad palmasque altas, & præmia summa vocantem  
 Aspicit, his animos, his fortia pectora firmat.  
 Interea tumulum, quo saucia corpora condat,  
 Accelere jubet, summo nec claudere saxo,  
 Donec Vittebsca corpus referatur ab urbe  
 Vulneribus lacerum, multoque in sanguine fædum.  
 Hæc super, atherias supplex affusus ad aras,  
 Extremum templisque Vale, notisque locutus  
 Moenibus, haud parco spargebat lumina fletu.  
 Tunc ubi jam portas, & moenia lata Polotta  
 Prægressus, campos cursu carpebat apertos.

Incipit

## LIBER III. 201

10. Incipit affari Superos, & tendere palmas.  
 In me nulla mora est Superi, quæ ducitis adsum:  
 Divinosque sequor monitus: vos si qua meretur  
 Mortalis pietas, si needum temnir ægri,  
 Hanc servate urbem, placidique hanc cernite gentem.  
 Hoc tantum: quod si sancta pietate moveri  
 Vos juvat, & pronas adhibere precantibus aures.  
 Ausonii, primum Patris claratæ tropheæ  
 Rossigenum in terris, & fædam avertite pestem  
 Schismatis: unanimo regnet concordia mundo.  
 Tum mihi qui clausas, ausi recludere portas  
 Atqué Polottana Mysteriæ imponere sedi  
 Immeritum licet, & tanta sub mole jacentem,  
 Usque secundeis, cœli & cumuleis honore  
 Præcipue SKUMINUM magni de sanguine TYSCI  
 TYSKIEVIUM, tantis cajus suffulta lacertis  
 UNIO, certantem contra persisit Auernum:  
 Nota viri pietas, nota argumenta caloris  
 Ætherei: quantosque animis assurgat in ausus,  
 Sive vocet Patriæ jam spes accisa cadentis  
 Sive redux cœlo, multosque ignota per annos  
 Religio: gemino virtus hæc sufficit orbi.

11. Iamq; dies, alterque dies patescerat orbem,  
 Vittebsciq; procul turres, atque ardua longè  
 Moenia cernere erat, geminissimæ in montibus arcæ:  
 Id specula ex alta & celsæ pro vertice turris

G 2

Tartareum

## IOSAPHATIDOS

Tartareum spectans Monstrum, se protinus alis  
 Corripit, inq domos & dudum nota, recursat  
 Hospitia, infractasq acuit rumoribus iras.  
 Hic fessus ratus lustris: hic cana verendo  
 Ora Sacerdoti similis: mox integer avi  
 Apparet Iuvenis, crudi nec Martis egentes  
 Ostantans, pariterque manus, pariterq lacertos,  
 Arma fremit, nudos vaginaq eripit enses,  
 Seq offert, si quando dies seva evocet arma.  
 Miranturq senes atrum rubigine ferrum  
 Luce virere nova subito: curvassque bipennes  
 Injussis pendere locis, stare obvia pa&gtim  
 Telaq fraxineasque fudes, quercusq praeftas;  
 Et male venturi sceleris primordia lati  
 Asperant, furiisque suis, culpaq fruuntur.  
 12. At Pra&gt; sul tantus nil pectora territus Orci  
 Insidiis, vacuas plateas, nec ut ante faventes  
 Occursus cernens populi, jam senit agi res  
 Supremas: infanda sibi jam funera cudi.  
 Ergo alacris solitoque genas in dulcia laxans  
 Gaudia, nec pa&gt;ido concretus frigore membra  
 Protinus bortatur notis succeder&gt; tectis,  
 Attonitos famulos, urbisque silentia multo  
 Librantes animo. Cxlo ruit interea nox,  
 Cunctantesq diu projicit in aethera stellas  
 Vesper, & aversus junxit sua plaustra Bootes.  
 Ast ubi dejectos animos & inertia curis

Ora

## LIBER III.

27

Ora videt comitum, mensas inferre dapesque  
 Imperat, & vietu vires revocare cadentes.  
 Vina dein sociis queis mentis nubila solvant  
 Dividit, invitatq bilaris, blandisq morantes  
 Vocibus impellit: ponant m&gt;erentia corda,  
 Secludantq metus, nunc prima exordia vita  
 Natalesq suos credant: sunt cetera cura  
 C&gt;elitibus, quanquam per tot discrimina rerum  
 In Superam revocent patriam, sedesq beatas.  
 Ibimus o socii, c&gt;elumque intrare licebit.  
 Atq ea dum letis confundit, & horrida blando  
 Omina delenit vultu, spemque induit ori,  
 Intrepidoque premit lethi sub pectore amorem,  
 Admissis Comites spargebant lumina nimbi.

13. Exin se lachrymans tacitas abducit in aedes  
 Ut votis c&gt;eloque vacet: tunc maximus urbem  
 Terror habet, spissasque magis caligo tenebras  
 Horrificat: pavidis voces geminantur in auris,  
 Sibilaq, & crebris clamat stridoribus aether.  
 Aspirat Boreas, sevisque sonoribus Euri  
 Luctantur, plateasque & tecta in turbine versant,  
 Pulvereosque globos rapiunt: stant sanguine nubes,  
 Funestaque ululant, per tempora & busta, volucres.  
 Accelerat scelus & vulgus furiale capaces  
 Projicit in plateas: stricto Discordia ferro  
 Vertitur in medio: jungunt rabiesq, doliq,  
 Insidiaque gradum: lethi jam major imago

Sanguineas

## IOSAPHATIDOS

Sanguineas exerta manus, exerta lacertos  
 Obsidet & postes, & limini aperta domorum.  
 14. Nunc age Callicepa summos ordire labores,  
 Et quos Rossigenum in terris mirata tumultus  
 Videris, ipsa mone: quanto molimine Schisma  
 Concierit vulgus? quantis scelus exiit armis  
 Per populos miscens ferro fanda atq; nefanda.  
 Iam prope cœruleis Phœbe subjecta quadrigis  
 Ambiguâ vix fronte micans, lucemq; malignâ  
 Involvens nebula, medium tendebat in axem:  
 Cùm subito cani indutus vocemq; comasq;  
 Antimachi, Genius Cocytii ab sede profectus,  
 IOSAPHATUM petit, & solita jam tecta quiete  
 Semisopita fremit circum, si quem evocet aulâ,  
 Et serat infanâ verborum incendia rixâ.  
 Nec mora, jam præter portas, clausosq; penates,  
 Itq; reditq; frequens, dextra nunc limina quassat,  
 Nunc vocem horrendam tollit, nunc ora fenebris  
 Ingerit, & fædi spargit mala semina belli.  
 Ac veluti umbrosa in sylva cum dura coëgit  
 Ex longo ventris rabies armenta luporum,  
 Qui melior versare dolos, & fallere noctis redolit duplora.  
 Excubias, præcurrit iter: stat cætera cæcis  
 In sylvis legio, prædasq; opcritur opimas:  
 Ille autem nunc septa ovium, nunc fida cubantum  
 Tecta molosorum petit, interdumq; recedit,  
 Interdum redit, & rursum latrantibus instat:

Donec

## LIBER III.

28

Donec ubi in sylvis fugientem longius ausi  
 Latratu morsuq; sequi, qui forte reductis  
 Arbustis latuere lupi, velut agmine facto  
 Excipiunt miseros, laniantq; in frusta molosso,  
 Hinc tuti invadunt stabulum, viduasq; bidentes.  
 Non aliter stygii Genius servissimus Antri  
 Oppugnat placidam tranquilli Presulis aulam,  
 Et vigiles excit famulos, & suggesterit arma.  
 Quin etiam rabidis miscens convicia verbis  
 Intonat: Heus stygiis cretum de semine monstrum  
 Belialique genus, stirpemq; decemplicis hydræ,  
 Rossigenumq; lucem, Pacisq; & Numinis hostem,  
 Mille catastarum vinclis, & mille necandum  
 Funeribus: nescis jam stare in linine pœnas?  
 15. Non tulit insonus Domini tot probra Iuventus,  
 Et se se abruptis foribus procul ejicit, atque  
 Sponte resistentem, trepidæ nec inertia dantem  
 Terga fugæ, hoc ipsum ut strueret, rapiuntq; trabuntq;  
 Atque onerant vinclis: tum que fiducia tanta,  
 Quidve velit? fari mandant: silet ille protervo  
 Nubilus obtutu, tacitoq; in pectore gaudet,  
 Stare necis causas, supremamq; affore lucem  
 Consiliis coepitq; suis: hæc omnia longè  
 Antimachus dum cernit agi, dum fluctuat omnis  
 Iam populus, cæcosq; movet sub nocte tumultus,  
 Opportunus adest, & dictis omnia acerbat.  
 Imo ait o cives positis confidite telis!

O Patria

15  
IOSAPHATIDOS

O Patria, o Superi! sacra o altaria Divum! Hue ventum est! duris onerati impune catenis Raptamur! librat lassa cervice Sacerdos Vincula: quin etiam jam funera, certa parari, Postera cum primos aurora redaxerit oris, Fors videt. hanc primam noctem sine eade nequibat Si trahere & ducem ferri stridore soporem Si parat, ecquid non lux erasina civibus addes? Dixerat: exoritur furor undique, & undique clamor Astra ferit, quo prima toris exhorruit atas Et matrum adfriclo riguerunt ubere nati. Invadant urbem Furie, & reclusa profundi Atria Coeyti socios in aperta maniplos Emittunt stimulans animos: properatur ad arcem: 16. IOSAPHATI, servisq; tares cinguntur ab armis.

Pallida lugubre sed jam Pallantias ortum. Sanguineas effusa comas, & nubila eastis Obtendens oculis, moesto patefecerat Orbi Funereum vectura diem: nec longius iras Dissimulare juvat: summo rem cernere ferro Iam libet: ara sonant celsse pro turribus Arcis, Densaturq; acies, fidum stipatq; virum vir. Circumstant portas, obeuntq; indagine muros. Nec minus & juvenes postes tutantur heriles Magnanimi, paribus nunc tela retundere telis: Nunc magis emunire aditus: sed fit via ferro: Iamq; fatiscentes magno cum fragmine porta

Accipiunt

LIBER III. 1601

29

Accipiunt populum; fervetq; miserrima strages:

Hic furor est, cum fors incustodita Leones

Invadunt stabula, aut vacuas custodibus arces

Hostis habet: quocunque vocat crudelis Enyo

Hac itur ferro: non sacra profanave curae,

Audet & extremum scelus omnia: sevit in auras

Clamor, & eliso geminata tonitrua plumbô.

17. Ast ubi jam Comitum gemitus, & seva cadentum  
Vulnera solicita accepit CUNCEVIUS aure,

Ilicet assurgit (toto nam corpore stratus

Æquabat noctem precibus, thoraca severis

Indutus rigidum setis) qua plurimus ardor

Fervet adhuc populi, & toto clamore vocatur

IOSAPHATUS, placide progressus, inhospita vulgi

Arma videt, dextrâq; Crucem super aëra pingens,

Ætheriam vobis pacem, Divosqué faventes

Cara, inquit, soboles precor: ecquid at ista meorum

Turba nocet Comitum? si me, & mea funera vultis,

En ego IOSAPHATUS Präfus, quem queritis, adsum.

Hos sinite illatos: fors hic quoq; sanguis abunde

Exsatiat furias? Dixit, subito arma, sudesq;

Labuntur manibus, mutisq; obtutibus hærent

Attoniti. potuitq; atrox tunc Präfule viso

Conticuisse furor. sed cum languescere sentit

Antimachus rabiem: supremaq; cœpta morari,

Quos scelere ante alios, & certo tollere ferro

Iuratos, procul ipse viros à limine testi

H

Viderat

## IOSAPHATIDOS

Viderat exclusos, vocat intra tecta, viamq;  
 Laxat, & obstantes simul hic, simul exigit illuc;  
 Illi quā via prima ruunt, mora nulla, sudemq;  
 IOSAPHATO prior infringit: labat ille caducum  
 Saucius in caput: hic alter surrectus in auras  
 Fulmineam geminā dextrā super ora securim  
 Stringit, & impactō diffindit tempora ferrō.  
 18. Ast alii, Comitum palantia terga secuti  
 Continuant facinus: labor his evellere postes,  
 Scrutariq; domos imasq; evertere sedes.  
 Sicut ubi rabidis si quando præda molossis  
 Delituit, volucri se vertit in omnia cursu  
 Flamma canum, deciesq; eadem vestigia lustrant.  
 Hæc inter proprio demersus sanguine Präful  
 Volvitur, extremāq; animā connixus IESUM  
 Voce vocans, cœlestè Crucis pro peccatore signum  
 Deducit, lethiq; refert pro munere laudes.  
 At subitō Antimachus dum singultantia cæsi  
 Pectora jam strident, atq; æger anhelitus urget  
 Paulatim fugientem animam: Nil (intonat) actum est.  
 Huc chalybes socii, fortes hic vertite dextras,  
 Astutasq; animi latebras perquirite ferro.  
 Dixerat, ac rabido rursum extimulata furore  
 Barbaries, magno totam clamore per urbem  
 Saxa per & latè turpi fora squalida ceno  
 Präfulis exanimum vicina ad littora corpus  
 Corripiunt, vastoquē, super cervice, Molarū

Imposito

## LIBER III.

30

Imposito, procul in scopulos, in & aspera saxa  
 Præcipiti jacunt casu. tum quā magis undas  
 Duna rapit, torvusqué imum descendit in antrum,  
 Altius aveclum summo mersere profundo.  
 Ter fugiunt aquæ, ter curvo littore fluctus  
 Duna pater frangens, totis scelus horruit undis.  
 19. Non tulit id Superum summā qui plurimus arce  
 IOSAPHATO assistebat adhuc chorus, illicet arma,  
 Arma fremunt omnes, & justas sumere pœnas.  
 Et jam terrificis obduci nubib; æther  
 Et piceis horrere umbris cœlum incipit altum:  
 Tum globus aërio sensim descendere tracū  
 Membra super, vacuumquē suo jam nomine Corpus  
 Ater, & æternæ circum ferrugine Noctis  
 Horridus, in medio flagrantis senita flammæ  
 Findebat torvas ardenti limite nubes,  
 Ingentemq; facem liquida cum luce trahebat:  
 Hic etenim ultiores instructis cominus ibant  
 Ordinibus Superi, tandem scelerata supremo  
 Mœnia mersuri fato: jam maxima nigro  
 Fulmina contraxere polo, pestemq; famemq;  
 Lethiferasq; lues, & tristi crine Cometas,  
 Atquē Gomorrhaeas Sodomo cum sulfure flammas.  
 Sed retuit GENITOR tunc votis cuncta recentes  
 Hospitis indulgens, summo tamen æthera nutu  
 Concutit, unde polusq; vagus, pelagusq; profundum  
 Intremuit latè, & magno sic intonat ore:

H 2

Vipereum

## IOSAPHATIDOS

Vipercum genus & Divis exosa propago,  
Ni mibi IOSAPHATI virtusq; precesqué tenerent  
Fortè manus, ego vos. sed jam nunc ite volucres  
Armigeri; major sceleris quos versat Erinnys  
Præcipuumq; nefas, fatalib; urite frontes  
Consciaq; ora notis, seu qui Vittebsia servant  
Mœnia: consilio seu qui venere nefando.  
Pars striclo pereat ferro: (mea namq; sequetur  
Iussa SIGISMUNDUS, Lechia qui sceptra potentis  
Belligerosqué domat populos, justissimus unus:)  
Pars fugiat Patriam, & secum sua crima Rossis  
Exportet terris: propero pars funere vitam  
Projiciat, meritosq; stygis descendat in ignes.  
Dixit, & aeterno voces adamante notavit.

20. Interea vincis liber mortalib; ibat  
In liquidas Superum CUNCEVI spiritus auras:  
Protinus Al gerum delabitur agmen ab alto:  
Ter mille, evinci Lauro, Michaële magistro,  
Victricq; animo, magnaq; à cæde recenti.  
Purpuream infundunt Chlamydem, mirabile dextrâ,  
Ingenio, pretiôqué decus, missumq; Tonantis  
Ipsius è manib; textum sublime Corona  
Apportant: quæcumq; viam secat atherè victor  
Spiritus, irriguo lucet via lumine latè,  
Impressumq; tenax longum tenet aura Nitorem.  
Illum sed GENITOR stellati in limine Templi  
Omne trahens cœlum tanta in spectacula, latus

Accipit

## LIBER III.

31  
Accipit, & proris gestans statu præmia dextris  
Amplexu venientem ambit, totog; micantem  
Latitia insæta mentem dignatur amore.

Salve Dive, decus Patriæ, pars magna Beati  
Conciliï, cui jam positis altaribus omnis  
Rossia dona feret: sacras cui ducere pompas  
Innumeræ properant gentes. jam Maximus orbem  
In laudes aperire tuas URBANUS ab alta  
Apparat Hesperia, Divumq; indicere honores.  
Ecquis erit necum patrias qui primus ad aras  
Supplicibus suis genibus CUNCEVIA cantet  
Vulnera? quis tantum non lento pectore Divum  
Accipit? his templum solido de marmore campus  
Propter aquam, surgat, tortis ubi spumeus urget  
Vorticibus sua saxa Rubor, famulosqué cruenta  
Littora lambit aquis: mediâ testudine tecli  
Ingens IOSAPHATUS stabit, victriciaqué altis  
Tempora præcinctus foliis sua templa tenebit.  
Iamq; revertentis juvat occurasantia plebis  
Agmina, rororumqué reas numerare catervas:  
Iam celsis appensa tholis monimenta metallo  
Cernere erit, reducere cassis testantia vitam.  
Atquè hic insolitamque luem, morbosqué furentes  
Vicinosq; obitus: precibus fugisse legemus

Dive

## IOSAPHATIDOS

Dive tuis, addent domitam, pulsamque cruenta  
Bellonæ rabiem, Lechiaq; addicta trophyæ,  
Atq; Sudermannis derepta è postibus arma.



ARGU-



## ARGUMENTUM

### LIBRI PRIMI.

1. 2. Propositio operis cum invocatione.  
3. Vittebscum civitas Russiæ, in finibus Moscovia: cuius Cives à prima ad Christum conversione, Græcis initiati mysteriis, eorundem distraicti Schismate ab Ecclesiæ communione discessere.

4. D. Basili Ordo Ecclesiæ utilissimus. Ab hujus Sanctissima disciplina IOSAPHAT CUNCEVICIUM DEUS Opt: Max: suis aspirationibus ad incredibilem inflamat Zelum. Ubi fingitur visio quadam allegorica, futuræ cædis complexa eventum: nimirum, Hesperum Unionis ossulum caligine Schismaticorum, magis enitecere.

5. Ingressus Archiepiscopi Vittebscum, quō tempore prima fementis conjurationis jacta ex falso de Archiepiscopo rumore.

6. In Civitatis ipso ingressu, Angelorum Vittebsci tutelarium opem implorat.

7. Templum Episcopale reperit per impietatem Schismaticorum ita obsoletum: ut non jam domicilium, sed emortuæ Religionis sepulchrum diceret. Vestem nimirum IOSEPHI pius IACOB cruentam videbat, IOSEPHUM

## ARGUMENTUM

PHUM non videbat.

8. Schimatis descriptio. Tumultus per causam motarum imaginum & templi lustrati in relat. ad Urb: VIII.

9. Hac fictione offenduntur per advenas Græcos, ad speciem Monachos, seditionum procellæ sèpiùs excitatæ. Datur huic monstro Oratio, in qua quotidianæ Schismatistarum plenæquæ maledicentia in S. Romanam Apostolicam Ecclesiam voces, exprimuntur. Moschus Patriarcha ad fines Russiæ adiens, alios suæ sacrilegæ rebellionis focios Episcopos & presbyteros Rossis in locum Catholicorum substituit: & totam permiscet tumultibûs Provinciam.

10. Angelus Archiepiscopi tutelaris dum adhuc Martyrii tempus non esse, cœlo nunciat, tumultus in Archiepiscopum reperit commotos, ejusque injuriæ pœnas decernit sumere.

11. Oratio IOSAPHAT deprecantis pro infensissimis adversariis.

12. IOSAPHAT prope Angelico decorus aspectu in tumultuantem dat sese concionem, gravissimisque verbis omnem seditionisflammam extinguit. In relat: ad Urbanum VIII.

13. Cacodæmon languentem ægræ ferens seditionem, magno fragore edito, avolat: Archiepiscopus Polociam redit. ejus descriptio.

14. Templum Cathedrale Græcorum Polociæ, D. Sophiæ, hoc est Verbo DEI, Sapientiæ Patris, a Borisso Duce Polocensi. positum, per injuriam Schismaticorum labefactatum, IOSAPHAT restaurat.

## LIBRI II.

33

labefactatum, IOSAPHAT restaurat.

15. Pulcherrimis Picturis exornatur Ecclesia. ubi inter cæteras effigies, dum S. Stephani Protomartyris, contemplatur Archiepiscopus imaginem, similis per saxa Necis desiderium concipit.

16. Affirmatam Martyrii divinitus spem gaudet, Tumulumque sibi excitari, in quo condatur, imperat.

## ARGUMENTUM LIBRI SECUNDI.

1. DEUS Opt: Max: Rossam contemplatus, coram D. Praxede Virgine, Principe olim Rossiæ, de Schismaticorum nefariis facinoribus conqueritur. Qui cùm publico suæ superstitionis arcerentur exercitio, occultis itineribûs ad privatas confluebant ædes. Atqué quidam è plebe nullis iniciati sacris, officiò Presbyteri perfungi, Divinis Mysteriis per summum sacrilegium operari, Matrimonia conferre & absolvere, non exhorruere.

2. Praxedis Beata placat Numen, magnique IOSAPHAT interponit merita.

3. & 4. Angelus Custos Archiepiscopi, cœlum subit cum Phiala plena lachrymarum, quas IOSAPHAT in Oratione profundebat: & cum libello, in quo ejus totam penè vitam, moresque Religiosissimos, descriptis.

5. DEUS promeritis IOSAPHAT placatus, Russæ ignoscit

I

## ARGUMENTUM

ignoscit, Martyrem fore, in numerumquē referendum Sanctorum, prædictit, post gravissimas de vita quæstiones institutas, per Illustrissimum & Reverendissimum EUSTACHIUM WOLLOWICZ Episcop: Vilnē: cuius personam gessit Perillust: ac Reverend: D. GEORGIUS TYSKIEWICZ Episc: Methon: & Sussr: Vilnen: per Illustrissimum & Reverendissimum IOSEPHUM VELAMINUM Rutsky Archiepiscop: Metropolitanum Kyjovensem, quo Reverendissimus RAPHAEL KORSAK Episcop: Halicien: adfuit: & per Reverendissimum ANTONIUM SIELEVA, Archiepiscopum Polocensem.

6. Prodigia, inquisitionis tempore. Super Illustrissimos & Reverendissimos Inquisitores in summo templo disputantes, lux ingens apparuit Polociæ: Vittebsi vero in fasilio templi Græci, Stella cum Sole cruento: Ibidem Cives pœnitentiam sceleris publicè agunt, eumquē indigetem Patronum appellant. Arida manus cuiusdam Nobilis ad sepulchrum Martyris pristino vigori restituta &c.

7. Recepta Beato viro consuetudo ad mensam sacros libros audiendi, præsertim annales Ecclesiasticos, exprimitur. SS. Methodius & Cyrillus Apostoli Slavorum, & Russiæ.

8. Sub primam noctem quotidie se gravissimè ultro flagris accipiebat.

9. Inter verbera lux in ejus cubiculo ab aliis observata: dubio procul ex Angelorum præsentia.

10. Sæpius in altissimos raptus divinosquē in oratione mentis

## LIBRI II.

34

mentis excessus avocabatur. Hac occasione afferuntur à Poesi cætera.

11. Arx cœlestis, in qua Archiepiscopi Metropolitani Kyovienes Catholici æternâ beatitudine fruuntur.

12. A D. Basilio edocetur, qui nam sint illi Pontifices? cur aliae vacuae sedes? nimirum quæ Schismaticos olim tenuere.

13. Prima Conversio Rossiae Rurico, Sinevo, & Truvorio Principibus, sed inconstans, quod per Schismaticos Græcos affecta esset. Primus tamen Episcopus Anonymus sub Voldimiro Principe, creditur Catholicus fuisse: à quo Fulminator Iupiter Rossorum, sive Piorum submersus est.

14. Fasti Pontificum Kyoviensium Catholicorū. Theopomo dubiæ fidei Græco successit Hilarion Rossus, qui à Patriarcha Schismatico inaugurarī noluit, authore Iaroslao Principe Rossiae. Ephræm Græcus, Anno Christi 1092. qui S. Nicolai translationem cum Latinis celebrari jussit. Clemens 1146. Ioannes 1170. Cyrillus 1250. Maximus anno 1283. Petrus Rossus 1364. celebris editis concionibus. Alexius Rossus 1307. hic Borisi & Glebi Principum Rossiae Martyrum festos dies esse jussit. Gregorius Cimowlak Bulgarus, Legatus ad Summum Pontificem à Vittoldo Lithvaniæ Duce pro Unione innovanda.

15. Isidorus Bulgarus, qui dum in Moschovia Catholicam promovet animorum Confessionem, à flammis pyraquæ sibi structa, Kyoviam profugit: Deinde Romæ deposita

## ARGUMENTUM

posita Archiepiscopi Metropolitani Kyoviensis Mitrā, Constantinopolim ad eandem unionem propagandam sese contulit. Successorem habuit Gregorium, anno 1442 à Pio II. P. M. consecratum. Misael fudit anno 1474. Ionas Hlezna 1482. Macarius, Archimandrita Vilnensis, dum ad Archiepiscopatum proficiscitur, à Scythis pro religione cæsus occubuit. Ioseph Soltan anno 1497. Latinus propter confessionem cum Sancta Romana Apostolica Sede à Rossis appellatus. Hypatius Pociey, magnæ vir sanctitatis, duobus digitis amputatis, lethalem in cervice plagam à Sicario quodam Vilnæ Schismaticorum operâ ad eundem occidendum immisso accepit.

16. Martyrum pro S. Unione cæsorum in cœlo Domicilium.

17. Eorundem immortalis gloria & nomina; ac princeps è recentioribus Antonius Hrecovicus Ordinis S. Basilii Magni submersus à Schismaticis Kyoviæ, Matthæus Presbyter Sarogrodensis, securi eandem ob causam percussus. Neophytus item Thessalonicensis, post absolutum Romæ studiorum cursum, dum Patriam repetit, in itinere cum socio interfactus à Schismaticis.

18. Duæ Portæ Divinarum revelationum.

## ARGUMENTUM

### LIBRI III.

1. Vigilantia & animi promptitudo Archiepiscopi in religionis officiis.

2. Vestitus

### LIBRI III.

35

2. Vestitus Episcopalis Græcus in matutinis precibus, pallium nimirum, in quo, sex fluvii niveo, purpureoqué filo detexti: in margine vero, quatuor colorum species, quatuor Evangelii scriptores, aut mundi partes significantes. His indutus Evangelium canit.

3. Rumor de Vittebscanorum à religionis unione defecitu, quod etiam divinitus cognoscit ipse in Oratione IOSAPHAT.

4. Angelus sacros apparatus ad divinas peragendas libationes instruere singitur, dum Archiepiscopus pro more suo perpetuo, funiculis æreis ante Liturgiam se adstringit.

5. 6. Locus fictus prope Kyoviam, quo Schismatici Cacodæmones contra unionem acturi convenient. Fulminator vetus Jupiter, eas optavit sedes. Epistolæ variis ex locis Schismaticorum, statam cædem IOSAPHAT molientum ibidem asservatæ.

7. Effuso è templo è redivina populo, Vittebsci, Cacodæmon in habitu Græci Monachi occurrit, & Epistolas Magistratui cæterisque illius urbis Civibus distribuit. Talium etenim hominum operâ omnes in Rossia natæ adulteraque seditiones.

8. Oratio impostoris, Schismaticorum quotidianas in Catholicos Rossos exprimens voces. Wolodimirus Sventostai Princip: Rossæ filius, ad quem Mahometani, Ægyptii, Arabes, Latini, legatos mittebant, ut ad eorum accederet religiones: ille tamen omnibus aliis missis, in Græcorum se dedit

### ARGUMENTUM

se dedit ceremonias. Strycovius. I. 4. c. 3.

9. Archiepiscopus Vittebscum Supremum iter, famulis omnia sinistra ominantibus, animosè decernit.

10. Pro Polocia & Sanctæ Romanæ Sedis exaltatione, tum proiis, quorum auspiciis & ope, Archiepiscopatum contra vim Schismaticorum accepit, majore vero modo pro Illustrissimo Ianuszio Skumin Tykiewicz Palatino Trocensi &c. Deum deprecatur.

11. A Furiis Avernalibus rursus incendium seditionum excitatur.

12. Animositas magnanimi viri in adverso fortunæ statu luculenta oratione patefacta.

13. In Oratione pridie cædis totam noctem exigit. Horror quidam in urbe, gressantium Cacodæmonum.

14. Depingitur hic quidam à Schismaticis immissus Presbyter, facialis cruentæ cædis: qui jactis in Archiepiscopum conviciis, exordium faceret diu meditatæ cædis.

15. Famuli maledicuum arripunt Presbyterum catenisque onerant: quâ re pervagata, summus exoritur tumultus.

16. Historia refert ejus diei ortum Auroræ atque Solis mæstissimum visum, quo aulam invaserunt, omnia cæde & ferro miscentes.

17. Audita famulorum cæde, magnanimus Martyr, è conclavi, in quo totam oraverat noctem, prodit, asperguae suo adstantibus arma è manibus, furorem ex animis excutit: Interim immaniores aliis duo Sicarii, qui IO-SAPHAT loquentem non audierant, irruunt in atrium, & alter

### LIBRI III.

36


& alter Archiepiscopumstantem sude, alter securi jam projectum humi, ferit. In relatione ad Urbantum VIII.

18. Famulos perseguuntur. Seminecem Archiepiscopū, signis extremi adhuc spiritus, dum se signo divinæ munit Crucis, observatis, incensis rursus animis, in aream extrahunt, extremasqué afferunt manus. Plebs Sexusqué & ætas omnis in Cadaver sœvit: publicè tandem raptatum de monte, in præterfluentem Dunam Rubonem sive Dunam demergunt. Ibidem.

19. Scriptor vitæ aliquæ supersites, supra cæsi corpus diu quandam teterimam pependisse nubem testantur, è cuius medio lux quasi columna emicaret. Ultorum Spirituum hic castra Poësis statuit.

20. Gloriosus triumphantis animi à cæde in cœlum ingressus. &c.

Ad. M. D. O. M. G.



XX

37


# CORONIS

*Sive*

# PIGRAMMATA,

*De Singularibus quarundam  
virtutum exemplis*

JOSAPHAT CUNCEVICH.



CORONIS



I.

In horto Cænobii sub Pomo acerrimè in se flagrîs  
animadverit.

Quere alias flagris, Presul fortissime, sedes!  
Iam satè immaduit sanguine cella tuo.  
En patulis pomus pandit tibi brachia ramis:  
Hic roseo attonitum sanguine sparge solum.  
Hortus erat riguo quem sanguine sparsit IESUS,  
Quem paribûs spargas imribûs, Hortus erit.  
Ille licet Iudeus, at hic sit Littalus Hortus,  
Sanguine jam siet frater uterque tuo.

II.

Saxo nudis pedibûs insistens, totam noctem in oratione  
traducit.

Huc oculos Superi, placidas hue vertite mentes,  
Exhibit ostentum Littala terra novum.  
Cernite IOSAPHATUM mulcentem sidera votu?  
Ut vigil excubias proferat ille suas?  
Invicto pede saxa domat: jam fessa sub undas  
Astra cadunt, stabilem servat at ille gradum.  
Haud poterat meliore loco confistere Presul,  
Insistens saxo, terminus ipse sibi est.

III.



III.

ALIUD  
De eodem argumento.

IOSAPHAT insomnes saxum super exigit Horas,  
Et domat baud lasso marmora fessa pede.  
Interea gemino torrentes lumine guttas  
Depluit, et salsis ora fatigat aquis:  
Interea gemitus, suspiriaq; alta medullis  
Evocat, inceptas accumulatq; preces.  
Sic gemitus, fuit Venti: sic aquora, Fletus:  
Aspirat nebulas nox tenebrosa suas.  
Naufragus es Presul: saxum cui fixus inhares  
Naufragii scopulum se probat esse tui.

IV.

Bienniô, nihil, præter frigidam babit, magnâ cum  
pristinæ valetudinis imminutione.

Ad poculum Aquæ.

Pure calix, quem lympha rudit, non Cæcuba replet,  
Non pudeat gelidas te gerere intus aquas:

K2

Quis

Qui scit an à saero cùm fors libaberis ore,  
 Non fient pura nectaris instar aquæ?  
 Tu magè commissas retine constantior undas;  
 IOSAPHAT his sese forte videbit aquis.  
 Atq; ubi pallentes cernet succumbere vultus,  
 Amplius haud istas ducere perget aquas.  
 Erravi, non hic cernet sua IOSAPHAT ora,  
 Spectanti Heliam non nisi lympha refert.

## V.

Inscriptio Calicis quô aquam bibebat.

Hic teres & nullô cyathus circumlitus auro,  
 IOSAPHAT è vitreo fonte ministrat aquas.  
 Ne queras vinum, vino prior unda est,  
 CUNCEVI gustum quæ meruisse potest.

## VI.

SUSPIRIUM Ecclesiæ Orientalis de Schismate exposu-  
 lantis crebro à IOSAPHAT frequentatum.

Videamus an floruerint mala Punica. Cantic: C. 7.

Quid pateris me Sponse malis ditescere malis?  
 Non malus est Hortus, cur mala Malus erit?

Sum tuus Hortus ego, sum nec mala, Candide, mala,  
 Quaque tibi vulnus deliciasquæ fero.  
 PUNICA mala dabit dulcissima Malus Amoris.  
 In vitem villam si pie Sponse venis.  
 PUNICA mala magis si malis Christe referre,  
 PUNICA mala dabo, Punica pelle mala.

## VII.

De assiduis afflictionibus, quibûs rebellantes animi  
 permotiones Rationis imperio subjiciebat.

Ab satîs est sanctas producere longius iras!  
 Ab satîs immitti plestere membra manu!  
 Pallida jam tenui species occumbit in ore,  
 Tristis & exhaustas occupat umbra genas.  
 Iam color in vultu nullus, jam concidit ostrum  
 Sanguinis: ab nullus IOSAPHAT ore sedet!  
 Assiduis tantum crebrescunt lumina gutti,  
 Assiduis vigilant pectora anhela foci.  
 Exul es ergo tui, novus attamen exul, & undâ  
 Non interdicum cùm sit, & igne tibi.

## VIII.

## VIII.

De cubiculo, in quo matutinis peractis precibus, cœlitus circumfusus luce, orationi ultimum vacabat.

Hic locis aeternos abi duxit IOSAPHAT ignes,  
Et dabant extrebas supplice mente preces.  
Hic dum barbaricis fervent clamoribus hostes,  
Hostibus aetheriam conciliabat opem.  
Hic riguis flammis & multo Sole decorus,  
Cunctantem intrepidus provocat ore necem.  
Arserat ante obitus radiis quod IOSAPHAT, ipse,  
Ne Mors tardaret cœca, Lucerna fuit.

## IX.

Schismaticus quidam dupliciti globō ex fistula ærea majore  
caput IOSAPHAT demottui trajicit.

Ardua jam late slabant vestigia plaga,  
Pandebantq. suos tempora fissa sinus.  
Nec sat erat furiis: siliceis globus excitus igni,  
Attulit erato fata suprema tubo.  
Sic ubi sanguineā flagrabant tempora mitrā,  
Addita purpurea fors nova genima mitræ est.  
Nam scelus ut tegeret furiatae IOSAPHAT Urbis,  
In gemmam excoxit sanguine, credo, globum.

## X.

## X.

De pariete Cubiculi, quem convulteratus immanissime,  
Sanguine ac cerebro aspersit.

Illustres salveite lares, salveite Penates,  
Atriaque ingentis sanguine sparsa Viri.  
Non hic pœta lego magnorum stemmata Patrum,  
Cana nec innumeros Fama recenset avos.  
Unicus hæc sanguis CUNCEVIUS atria pingit,  
Imbuit & cerebrō, limina trita, sacrō.  
Illiūs hæc facies: sic sese sanguine pinxit,  
Nec color, ut melius pingeret, ullus erat.  
Si tamen effigies rudis est, ignosce: superstes  
Nescivit vultus fingere namquæ suos.

FINIS.



DAR  
prof. Zyg. Wolskiego,  
b. uózna gimnazjum  
w Białej-Podl. na uroczys-  
tość 300-lecia szkoły.

1758

XIX  
W

130

PLTS:

150

03

